Die 8000. Thaler belangend / sey deshalb nicht Streit / was R. geschrieben hat / & quod illa pecunia Antverpianam venerit: wie daß auch die 12000. Thaler / so Johann von G. Hanns B vñnd Georg F. geliehen / auch dahin verschickt worden seyn mögen. sed esse disputationem, Ob die 8000. Thaler / so R. zu Leipzig zu Wechsel auffgenommen / vñnd zu Antorff zubezahlen verschrieben / ein solche Schuld gewesen / die auß dem Sangerhandel erwachsen? Oder / ob R. vñnd seine Anhäng (die auch ihre besondere Gemercke gehabt) dieselbige für sich selbst / außserhalb des Sangerhandels schuldig worden / vñnd solche ihre besondere Schuld auß d. Sangerhandel transferirt? Ad quod maior requiritur probatio, quam hactenus factum: Sonderlich / dieweil (vt auditum) die Rechnung zu Würzburg vber diesen Puncten / zu welcher Zeit des Handels Schulden gemacht / gar nicht herfür wil / vñnd der Mangel hierinn von etlichen ex veteribus sociis B. & R. allein zugeschrieben wirdt. Male igitur instrui iudicem, qualiter formam debuisse sententia.

Es het B. der Verschickung des Geldes nach Antorff wol schweigen mögen / nach dem man genugsam nunmehr vermerckt / daß die 8000. Thaler / wie auch die 12000. Thaler ohn allen Zweifel R. (als der gen Antorff ein sondert Tuchhandel geführt) eigene gedachtes Handels halben gemacht / vñnd gar nit des Sangerhandels Schulden gewesen / also daß mit Vberschickung berührter 8000. Thaler / vñnd daß 1000. Thaler nicht der gemeinen Gesellschaft / sondern sein R. Gläub liberirt worden / prout apparet ex copia missiuarum lit. E. welche Gegenheil selbst edit.

Quoad 30000. fl. Disputare B. extra propositum ea, quæ ante satis sunt tractata. Quia tempus mutui expressum est in 58. articulo. Wolt aber damals von dem Vbelstandt des Handels Wissenschaft gehabt / das ist materia 63. articuli

culi: vbi etiam satis deductum: So Senatus gewußt / daß der Handel dermassen / wie man hernacher erfahren / gestanden were / daß er gewißlich die Hand geschlossen haben würde. So ist das jenig / was N. vñnd B. weylandt Johan von S. erfahren lassen / dermassen nicht geschaffen gewest / daß man darauß etwas gewiß nehmen mogen / vt sæpe allegatum.

Quod attinet ad instantiam Claus S. & d. G. referit se ad attestaciones, ex quibus apparet, daß gedachte alte Herren à B. sich persuadiren lassen / es müste also seyn / wie B. sūrgeben / da sie doch sūr sich selbst solcher Sachen haben keinen Verstandt gehabt / auch nicht mehr davon gewußt / dann soviel sie von B. informirt worden / vñnd ist eben B. der Meister gewesen / der S. auch in die Angst gebracht / die Creditores, so dem Handel Geldt sūr gestreckt / wurdten bey S. die Bezahlung / als dessen Name in der Schadloß / Verschreibung inter Francofurtenses zum ersten stündt / suchen. Et ex interlocutoria ratione iuramenti hic præstiti inferri non posse, daß dem B. solch anhalten vñnd treiben zuverschweren / oder mit dem Eydt das selbig abzuwenden auffgelegt sey: referendo se ad tenorem sententiæ.

Quod B. dicit, coram Herbipolensi controuersum esse: Ob nemlich die alte Gesellschaft dem Raht / oder Senatus ihnen Rechnung zuthun schuldig? Negat hoc disputari ibi: die auch das Keyserlich Decret vñnd Franckfurtischer Abschied / prout in copia C. nicht zulasset / sondern klare Maß gibt / was ein jeder Theil leyssen vñnd verrichten sol.

Quoad rationes zu Würzburg id non releuare B. quia adhuc in eo persistunt, daß ohn ein beständigen General cōputum, weder proportio zu finden, noch die rata zumachen / Sagen aber / dieweil B. in sententia das consequens, als wie recht / darzuthun / zubeweisen / was vñnd wieviel dem Raht nach Antheil ihrer Hauptsum / an der Summā in der Schadloß / Verschreibung zubezahlen gebührt hat / dieser his verbis aufflegt / daß eo ipso ihm auch das necessariū antecedens, sine quo prædictū consequens consistere non potest, zu præstiren in iungirt sey. Dann B. die Schadloß / Verschreibung durch die Vertröstung der Rechnung / vt in peremptorialibus articulis quintæ conuentionis deductum, herauß gebracht / vñnd hinder sein Aufzug nicht / daß es nicht bey ihm stehe. Dann ist das Vertrösten in seiner Macht gestanden / so wurd auch das Halten in seiner Macht stehen müssen. Cum hoc casu aduocatus primarius ex locis, & inspector, directorque omnium, quæ in societate gesta sunt: qualem se sæpe professus est, magis proprium factum / quod cōputus quam primum fieri debeat / promiserit, quam alienum / &c.

Et quia B. non satisfecit interlocutoria in termino præfixo: sed illam eludere conatur, so kan Syndicus sich nicht versehen / daß ihn das Jurament könne releuiren / sondern Bitt / vigore cōminationis d. interlocutoria, ferret dar, auffergehen zulassen / W. N. J. W. salua conscientia iurare non potuisse.

Daß von Anno 55. Senatus nichts empfangen / exceptis pensionibus der 15000. flor. von dem Manl per triennium, so doch dem B. vñnd N. an Verzinsung seines Geldes / so ihm 10.000. der mehr vom hundert getragen / nichts ab / sondern dasselbig stāts bis auff newliche Zeit sūrgegangen: vñde liberalitatem & magnificentiam exercere potuit. Im Fall auch gleich B. iuramentum ad purgandum dolum (als sich doch Syndicus, propter plures eius rei ante deductas probationes, nicht versicht) ihm sūrträglich seyn solt / so were danoch B. Verursachung des Schadens / dareyn Senatus vñd gemeine Bürgerschaft zu Franckfurt durch sein rühmen vñd preisen des Handels geführt. Item sein sūrgeben / daß er der sūrnehmste im Handel die Rechnung besitzen helffen / alle Gelegenheit wisse vñd versiehe. Item seine Vertröstung / daß er Senatam nit versühren wolte / hette er denselben hincyn gebracht / wolte er denselben wider herauß führen / per dictam iuramentum nicht purgirt. Culpa enim est, † aliquem asserere se scire, & quod tamen non intelligit. Atque ita, et hinc asseuerationes Br. in articulis reconuentionalibus deductæ non fuissent fraudulentæ, nihilominus tamen propter culpam, quā commisit temerarie asserendo, teneretur, per iura allegata, consil. 47. inter consil. Francfurt. promissa.

Tandem exaggeratur damnum, in quod fuit inductus Senatus. Verhofft / daß die Clausula des Libels / petens sibi ius & iustitiam administrari, & alia similes, werden so viel wirken / daß empfinden werde / dieweil das leyssen vñd halten dem rühmen vñd preisen vñnd vertrösten nicht gemäß / daß ihm nit gebührt habe / dermassen Senatam, es sey per dolum, oder temerariam assertionem, oder continuam inligationem anzuführen / Sondern daß er vnrecht gethan / vñnd derhalben billich sich gegen dem Raht anders gehalten haben solte. Welches alles Syndicus bitt zuponderiren / vñnd demnach / was de iustitia Senatui zu gutem erkant werden mag / demselben gehöhen zulassen. Officium Iudicis desuper implorando.

Tenor: Urkunde lit. A. Verzeichnuß B. an Michel M. gethanen Schreibens / des Capger. Handels halben / de Anno 49.

Lit. B. Verzeichnuß eiltcher Schreiben / welche B. an M. gethan.

Lit. C. Ist ein Capen des Keyserlichen Decrets / zwischen den Alten vñnd Franckfurtier Gesellschaftern / Decretum 2. Decem. Ann. 62.

Lit.

Lit. D. est Copia Michel Ma. Erben Schrei-
bens ad Episcopum Herbipolensem.

Lit. E. Seyndt extract auß zweyen Schreiben/
so Johann von B. an Hieron. N. 14. Decembr.
Vnnd B. 9. Decemb. Anno 57. gethan. Quo-
rum copias produxit B. 22. April. Anno 67.

X. Feb. Anno 73. & sic eodem die, petit iam
producti lit. E. recognitionem manus, als sein
des B. vrommen engene Handtschrifft.

Reiffst. So viel die Recognition des B.
producta belangt / demnach sich befindet / das
vnder den angegebenen B. Missiven ein einrige
Missiv. num. 9. so zwey Bittschafften inlügen / die
selben aber ihme / wie auch die Schrifften / vnd
manus der vbrigen angegebenen Original / auch
num. 9. Item 3two mit E. So dann aber eine/
num. 1. vnd 12. gar vnbekannt / weiß sie anderer
Gestalt nicht zu recognosciren / denn das ers der
jenigen seyn läst / denen sie zugeschrieben. Doch
saluaveritatis substantia.

9. Aprilis Hech. concludit nomine B. 28. A-
pril. Reiffst. similiter concludit, cum oblatio-
ne, si quid facti.

7. Septemb. Anno 77. Nāwdörffer vbergibt
Gewalt pro B. Iterum vtrinq; petitur sentētia.

Tenor sententię prætambulę, de qua in an-
tecedenti producto multoties fit mentio.

In Sachen B. contra Bürgermeister vnd
Rath der Statt S. r. c. Ist erkannt / mög vñ wöl
B. in Zeit eines Monats / so ihme von Amptes,
wegē darzu angefert / selbst persönlich einen Eyd
zu Gott / vñ auff das heylig Euangelium schwe-
ren / das er weder zu Anfang / als Senatus in
den in Actis angezogenen Sangerhandel kom-
men / noch hernach auß der Ann. 55. auff d. Hüt-
ten Steinach / auch folgendes biß auff die Anno
57. in E. vergangene Rechnungen / kein Wis-
sensschafft / Erfahrung noch Verstand gehabt /
das gedachter Sangerhadel mit geklagte Zins-
oder Wechsel. Geldt / oder andern vñ Aiers her-
rührenden vbermäßige Schulden vñ Schaden
beschwert / vnd also zu Abgang vnd Verderben
gelassen / sondern denselben vielmehr für nüt-
lich vnd gut geacht habe / Darzu bey angeregter
Rechnung Anno 55 nicht gewußt oder gemerckt /
vñnd auff der Anno 57. gehalten / allererst innert
worden / das den altē Steinachern Gesellschafft
tern jehrbemeltē 55. Jahrs / keine Aufsbeit / wie
ändert / gegeben / gleichsals / das sie auch kein
Hauptgüt / oder doch nicht so viel / als in dem
Einkommen / Gesellschafft. Verschreibung /
vñnd Copen der Rechnung bestimpt / wirklich
gehabt haben solten / vñnd dann leslich in der
ganzten Handlung er B. gefährlich nichts für-
genommen / angegeben / berühmet / gerahen /
vertrößt noch gehandelt / sondern es jederzeit
trewlich / aufrecht vnd gut gemeynt / demselben
auch wissentlich vñnd fürsächlich nichts verhal-
ten / oder verschwiegen / das solches gehört wer-
den / darauff ergehen / was recht ist.

SEQVNTVR VOTA DO-
MINORVM, QUOAD QVIN-
tam conventionem, ratione der Schadlosse
Verschreibung / vbi per omnium Domino-
rum vota conclusum, Senatam ab instituta
actione absoluendum : quia requisita
dicta actionis Mandati non
probata.

Quoad primam reconventionem, Domi-
nus Referens dedit actionem in factum, loco
actionis de dolo, quæ in perpetuum compe-
tit. Requisite sunt, seu, vt Rosfred. dicit, capita
principalia. I. Quod B. dolo induxerit Sena-
tum. II. Quod multis modis actum sit con-
tra Societatis obligationem. III. Quod so-
lus B. interfuerit rationibus, nomine Senarus
& Francofurtensium, & non indicauit, quæ
in damnum Senatus vergebant tunc tempo-
ris, & mouerit Senatum, quod plura expende-
rit. IV. Quod Anno 57. Senatus inductus fue-
rit ad indemnitate, eo prætextu, ac si plus
debeat Societati, vt in articulo 25. V. Quod
Senatus & alii Francofurtenses, ratione 150000.
fl. quorum solutionem à M. expectarunt, tan-
quam capitalem summam, per B. & socios in-
peditantur in solutione, adeoque in periculo
sint, sicut & ratione der 63000. flor. antehens.
VI. & vltimum caput: Quod B. contra promif-
sionem de non recedendo discesserit ex Fr. de
quo in secunda reconuentione, vbi B. ab illa re-
laxatus. Nota: Fuit Referens in opinione, quod,
præstito iuramento purgationis doli, voluisset
B. etiam in hoc puncto leuis culpæ absolueri.
Sed postea per D. S. motę sunt rationes, ex qui-
bus cæteri fuerunt persuasi, dictam interlocu-
toriam dare, 26 Iunii, Anno 72. Ideo mutauit
Referens suam sententiam, permotus primo
propter clausulam salutarem generalem. Itera
propter clausulam: petens sibi ius & iusticiam
administrari.

Secundo, Actio in factum † datur contra
dolosum, qui est in culpa. Item pro interesse, &
pro indemnitate. In nostro casu non esse mo-
derata verba libelli, sed generalia & ampla.
Tertio, posse videri actionem intentatam stel-
lionatus.

VOTVM D. P.

Quoad dolum & latam culpam, cum Do-
minis Referentibus concludit. Quoad cul-
pam, non vult imponere iuramentum. Negli-
gentiam probatam, non dolum: ex rationibus
vt allegantur à Senatu, inter cætera præcipue,
quod rediens Anno 54. von E. ex rationibus/
redditis, den Handel Senatui zum höchsten ge-
lobt vñnd bericht / warumb kein Aufsbeit Sen-
atui worden? Concludit, leuissimam culpam
probatam.

E 3 AN

AN ELISA?

Quoad primam reconventionem non elisam putat: vult condemnare B. ad solutionem illarum summararum, vel probet, in utilitatem Reipub. versam.

Nota: In hac causa Reuisio petita est.

A. Referens proposuit in hoc puncto petita Reuisio: quod iam considerandum. An velimus exceptionibus, quae Reuisio obicienda sunt, annexere ea, quae ad merita causae pertinent. Vtputa: ratione praestiti iuramenti purgationis. Item, quod non fuerit Factor Societatis. Tertio, quod sibi fuerit impossibile, reddere rationes.

Processui vero Reuisio obici possit. Primo, quod de causis ordinariis ordinatio intelligenda, non de compromissis. Secundo res iudicata; quia interlocutoria transierit, in rem iudicatam, & reuisio assumenda fuerit, lata ea sententia, quod iam fere grauatus per praedictum eius sententiae, quod praedictum postea retractari iure non potuit.

Tertio, non plus praestitisse, quam ante, sed solummodo in hac, se fundet ex iuramento purgationis, & in liquidatione cessarit 8. annos. Quarto, ex compromisso: nihil aliud adest, quam Missus Imperatoris, qua remittit causam vigore compromissi, vbi sunt verba, coram Commissariis Wormatiæ processum vsque ad conclusionem, darauit die Parthenen bewilligt vñ verglichen, daß causa ea conclusa, Camerae zu endlicher Determination vñd Ausspruch/Compromiß zugeschiekt werden sol. Diweil wir dann darauit Commissariis prioribus befohlen/Acta zuverschiekt / etc. So gelangt demnach an Camerae vnser Ersuchen/daß sie wollen als Iudices Compromissarii, vollsahren / vñd sprechen / was recht ist / vñd sich in der gleichen Compromissen rechtlicher Ordnung nach gebührt: Datum 8. Mart. Anno 70. Facit Recessus H. 28. Augusti, Anno 79. vt supra in Protocollo: dat etiam Gewalt/der gehet in specie auff die Commission, Sach: vbi etiam fit mentio, daß die Sach Compromiß weis ad Camerae vberschiekt. Der Franckfurische Gewalt hat/wie in solchen Compromiß, Sachen in Camerae gebürt / in optima forma zu compromittiren / schriftlich oder mündlich. Inde Procurator R. nomine Senatus 30. Augusti Anno 70. compromittit in Camerae in optima forma. Plura non habet ex actis, sed meminisse, quod fuit ab initio per Senatum questum, an iniungendum, quod in solenni forma compromittatur? Sed conclusum, non consultum esse, ne putetur, nos timere defendere nostras sententias.

Anno 81. 7 Jun. Reuisio incepta. Reuisores petierunt, ex actis Wormatiensibus & Camerae sibi communicari die Original vñd anders / so conformen / vñd ad punctum präpa-

ratorium siue praeliminare gehören / ihnen zu stellen: dagegen des B. grauamina, & Franckfurtenium Exceptionum ein Auszug.

Darauff Collegii Bericht / vñd zugeschiekt. Erstlich die Comissio an de Rahr zu Wormbs / vbi extat: quod causa examinetur vsq; ad conclusionem in causa inclusive, deinde remittatur ad Camerae. Item in aliis productis, daß Compromiß weis darium sol erkannt werden. Item B. Gewalt D. Hech. ibi nominatur Compromissum. Item in recessu R. Item die Statt F. in ihrem Gewalt Procuratori geben / vbi sunt verba: Nachdem iniungirt / daß sie compromittiren / etc. Item Procurator Fr. postea expresse compromittit iudicialiter. Item in toto processu & sententiis ita dicta causa, nec contradictum a B. Item faciunt sportulae, quae non solent in aliis processibus in Camerae dari. Item idem B. in supplicatione pro publicanda sententia definitiua, nominat sein compromittire Sach. Item in toto processu & protocollo vt inque nominatur compromissum: Sic & in productis.

13 Jun. legimus, grauamina B. habent: Exorditur ab eo, quod moliti sunt F. contra ipsum, item qualiter causa sit commissa Camerae ab Imperatore: Protestatur, quod Reuisio non calumiose suscipiat. Non esse in terminis Compromissi, sed Commissionis Imperatoris; quia commissum Wormatiensibus, sub expressis verbis. Item, in compromissis non habere locum reconventiones, sed ei esse locum datum Wormatiæ. Ergo, &c. Item postmodum ab Imperatore ad Camerae remissum in eadem forma. Item, factum & processum hic sine stipulatione & poena: Ergo reduci posse. Item in Ordinatione prouisum generaliter, vt Reuisio admittatur.

Deinde deducit grauamina: Non ei iniungendam probationem, vt in interlocutoria flagitetur. Non fuisse ei possibile id probare: non super culpa, sed dolo solummodo fuisse actum a F. ideo non potuisse super ea iudicari; quamuis eo tempore potuisset petere reuisioem: voluisse tamen parcere authoritati & reputationi ipsius Iudicii. Petiisse compulsores ad edenda documenta, quod recusatum contra iura: Et sic in culpa esse Iudices, qui non decreuerunt compulsores: Peti hoc bene perpendi, & adhuc indulgeri.

Deinde ad causam principalem procedendo ostendit, quid docuerit pro excusatione suae personae, quoad rationes exigendas, quodque non in suum vsu & commodum suaserit F. ad societatem & mutuum pecuniae: Er hab

siemicht dareyn geführ / nec dixisse,

Er wol sie herauf süß.

ten/ etc.

RELA-

RELATIO XIII.

Prioris & secundæ Instantiæ, cum annexo Voto remissive.

Episcopus L. contra Annam de La V.

SUMMARIA.

1. *Præfæcti rationum, siue magistri computationum, non possunt valide contrahere, alienare, actionem instituere, &c. sine expressa constitutione sua maiestatis Imperialis.*
2. *Per lris contestationem quasi contrahimus.*
3. *De facto suo quislibet interrogatus, debet ipsemet respondere suum factum, medio iuramento calumnie.*
4. *Iuramentum calumnieq; Principi, neq; pareri, neq; patrono, sine speciali mandato committi potest.*
5. *Contractus Principis & eius obligatio adstringit ipsius successorem in dignitate, eumq; obligat ad eius obseruantiam. Imo conuentio cum Principe nondum impleta, debet per successorem adimpleri. num. 6. 28. Ratio eius. nu. 29.*
Licet etiam persona alias non teneatur, si tamen contractus in eius utilitate vertitur, obligatur. n. 7
6. *Necessitas patria grauis & vrgens, requirit festinationem & celeritatem.*
7. *Annus reditus perpetuus importat alienationem.*
8. *Res tamdiu in sua negatione est fundatus, donec non constet iuramento Actoris.*
9. *Defensores non tenentur ad respondendum super factis controuersis.*
10. *Contrahentium verba assertiua fide non faciunt.*
11. *Pactum quod ex sua natura vituperatum est, non mouetur executionem.*
12. *Resolutio partis non debet partibus communicari, sed celari, sicut dicta testium.*
13. *Alienatio bonorum immobilium Ecclesiarum prohibita est. & n. 17. Limitatur. n. 18. 24. 33.*
14. *Princeps ad qua præsumatur diues.*
15. *Metus incommodorum & calumiarum, quæ bellum consequi solent, habet nec. sitatem coactam & voluntatem contrariam.*
16. *Lex quare excipiat utilitatem.*
17. *Princeps iure naturali tenetur ad defensionem patriæ, estq; maritus Reipublicæ. nu. 12.*
18. *Necessitate tempore omnia sunt communia.*
19. *Pietas nulla maior, quam defensio patriæ.*
20. *Anima hominis vnica preciosior est vniuersis bonis temporalibus.*
21. *Iuramentum Principis restringitur tantum ad alienationem illicitam, non ad necessariam & vtilem.*
22. *Assertioni Principis & Capituli quare standum.*
23. *Orphanorum fauor est potior, quàm fisci & Principis.*
24. *In solutionis dilatione inest etiam periculum.*
25. *Consensu Papa non opus, quâdo periculum est præsens.*

PRIMA instantia incipit coram Scabinis L. 22. Septem. Anno 70. Sententia lata ibid. 8.

Febr. Anno 72. Introducitur appellatio coram Curialibus L. 18. Martii 72. Ibi fertur sententia confirmatoria prioris 9. Maii Anno 73. Appellatur ad Cameram 14. Maii Anno Eodem.

ACTA PRIMÆ INSTANTIÆ.

22. Septembr. Anno 70. Iohannes de F. Satteltes, attestatus est coram Villico & Scabinis L. se ad instantiam Dominæ Annæ V. viduæ Marthæi H. & suæ prolis, Iohannis & Matthei, interposuisse arrestum super rectoria ad administrationem de H. spectante mensæ Episcopali, Domini Episcopi L. super omnibus bonis mobilibus & immobilibus, fructibus, prouentibus, &c. pertinentibus Receptorio & administrationi de H. & hoc in vim literarum obligatorialium, quodque intimauit id Arrestum seruatio L. Receptorio de H. cum literis dictis obligatoriis, idq; vt sibi satisfiat secundum obligationem, inhibendo, ne alicui alteri ea bona exponeret vel solteret aliquid, nisi dictæ Annæ, sub pœna duplicationis debiti.

30. Octob. Idem Satteltes testatus est eodem modo, vt supra, quod intimarit & notificarit id Arrestum, & aliis ibidem nominatis: Et citarit d. Seruatium, ad videndum, bona arrestata adiudicari d. Annæ.

31. Octob. Idem testatur, quod dicta Anna citari fecit, tam Iohannem O. Procuratorem generalem Episcopi, quam d. Receptorium Seruatium, per Georgium S. & Ioann. P. Satellites, idque per omnes factum.

Comparuit pro Seruatiõ eius frater Arnoldus L. cum mandato, cum protestatione de nõ consentiendo: petens sibi communicari petitionem actricis, & obligationem.

Actrix dedit petitionem in scriptis, vna cum copiis literarum obligationis, vigore Arresti. Tenor Libelli: Agit Anna cum filiis, Ioh. & M. vigore arresti super d. rectoria impositi intimati d. Receptorio & Procuratori generali Episcopi, nec non debitoribus d. rectoriæ: Petunt solutionem iuxta contenta literarum obligatorialium, de 400. florenis Babantinis annuis: quolibet annorum, 58. 59. vsque ad 69. inclusiue præteritis, saluo iusto calculo, aut in illius defectum petunt iuxta citationem ob hoc factam adiudicationem bonorū arrestatorum, vsque ad plenariam satisfactionem.

Hæc q; omnia iuxta obligationes ob hoc factas & hic expeditas, sic reproductas: Petentes responsionem intimatorum.

Tenor obligationis: Georg. A. Episcopus L. Notum facimus omnibus & singulis: Quod ad significationes instantium practicarum contra nostram patriam, ad illam inopinato inuadendam, depopulando, deuaftando, &c. Vnde ipsa in maximo periculo erat & necessitate,

ficq; ob hoc in congregatione statutum, in hac nostra ciuitate, die 18. Ian. Anno 52. conclusum, quod pro custodia patriæ, copiar aliquot equitum simul & peditum colligi deberent, pro quorum intentione cõcordata est summa centum & quatuor millium florenorum Brabantinorũ. Et ex quo collecta tam exprompte minutatim fieri non poterat. Nos his de causis vrgentissimis & plusquam necessariis, ad instantissimam deprecationem & rogatum deputatorum dictorum nostrorum statuum, atq; de consilio & assensu Dominorum nostri Capituli, consentimus & annuimus, vt nonnulli denarii vsque ad summam 32. millium florenorum Brabantinorum anticipari & leuari deberent, pro redimilibus redditibus, pro 16. denario, super emolumentis atque fructibus mensæ nostræ Episcopalis, seu aliquibus mobilibus eiusdem. Et quia venerabilis Nobilis, dilectissimus Confrater noster N. Canonicus L. & Decanus F. tanquam tutor Iohannis & Matthæi, filiorum legitimorum Matthæi H. Domicellam Annam, &c. & proximiores heredes ex parte Matthæi, eorum quondam patris, ad effectum supra dictum anticipauit & numerauit ad manus Magistri Iohan. W. Canonici & Scholastici d. Ecclesiæ, Cancellarii nostri, & Receptoris generalis ad hoc deputati atq; ordinati, summam sex millium quadringentorum florenorum monetæ Brantiæ, viginti Stuteris pro quolibet floreno computatis, quæ soluta fuit atque deposita ad manus prædicti Receptoris, ad illam conuertendam & applicandam in vtilitatem & commodum dictæ patriæ. Constituimus dicto Tutori, pro his legitimis dicti Matthæi H. cessimus & transportauimus, ac per has presentes constituimus, cedimus & transportamus redditum annuum redimibilem, pro denario 16. (vt dictum est) quadringentorum florenorum Brantiæ, viginti Stuteris Brantiæ pro quolibet floreno, sicut dictum est, computatis, soluendum & satisfaciendum, per nos & nostros successores, Episcopos Leodienses, duobus in terminis, videlicet de dimidio anno ad dimidium, incipiendo à dato præsentium, & sic annis singulis, tam diu, quam dicta summa præfato Tutori per nos, seu nostros successores integraliter & plenarie restituta non fuerit. Quem quidẽ redditum constituimus & assignauimus, constituimus & assignamus per presentes, super corpore, statu, & generalitate nostræ receptoriæ & administrationis de H. Et pro securitate dicti redditus atque canonibus annuis illius obligamus, pro nobis & nostris successoribus, ac præsentium tenore obligamus, dictam receptoriã & administrationem de H. fructus, prouentus & emolumenta eiusdem, & quæcunque bona illis pertinentia, mobilia & immobilia, &c. volumus & consentimus, vt in euentum d. Tutor,

vel lator præsentium, non essent ad eorum libitum & placitũ soluti & contentati, ad quemlibet seu vtrumque dierum & terminorum, videlicet de ducentis florenis die vigesimonono mensis Septembris proxime venturo, & aliis ducentis florenis, die 29. Martii Anno 1553. subsequenti, aut alias restituta supra dicta summa capitali dictus Tutor, &c. poterunt arrestari & detineri facere nostros Receptores, Factores, & Deputatores, negotiorum Gestores & Commissarios, seu per nos & nostros successores deputandos in prædictam nostram receptoriam, vel administrationem de H. in quocunque loco seu oppido id sit, tam in nostra patria, quam extra, etiam pendentibus liberis nundinis, vel alias, ac eos facere duci nostris expensis atque sumptibus ad talia loca, quæ magis placebunt dicto Tutori, &c. In quibus locis tenebuntur, quilibet in suo statu manere, & arrestum sustinere nostris sumptibus & expensis, tamdiu, seu donec dicta summa seu summæ, pro quibus detinebuntur, solutæ sunt atque satisfactæ prædicto Tutori, &c. Et si ei, vel eis placeat, poterunt inuadere fructus, emolumenta, bona mobilia & immobilia, atq; pertinentia d. receptoriæ, & eo casu facere illos capi, & ad manus Iusticiarum deponi, sub quibus comperientur, & per huiusmodi iustitias faciant illa diuendi, & auctioni exponi, sub ea forma & modo, quibus consuetum est vendere & exponere auctioni talia bona. Nec poterit nobis eo casu seruire, iuuare vel prodesse consuetudo, stylus & vsus dictæ nostræ patriæ, seu alterius vicinæ, vbi ea bona reperiuntur. Hoc est etiam, quod non possunt vendi, vel venditioni exponi, via legis vel iustitiæ aliqua bona immobilia & hereditaria obligata & hypothecata per literas, datas & recognitas extra iudicialiter, seu ex locis vel instantiis, à quibus dicta hereditas & bona mobilia siue mouentia, nisi heredes possessores eorum faciant, legis operationes siue transportus tales, atque conuenit coram curiis & iustitiis, vnde mouentur: cui siquidem legi & consuetudini vsuique, & omni eo, quod in vim illius nobis posset valere, prodesse & adiuuare, ad vitandam venditionem & distractionem nostrorum bonorum immobilium & hereditariotum. Nos nostra propria voluntate, & sponte, in fauorem dictæ assecurationis renunciauimus, & per presentes renunciamus plenarie, ac ex integro, & vltra hoc omnibus priuilegiis & exemptionibus, generaliterque omni eo, quod de iure vel consuetudine per statuta vel alias iuuare nos posset, atque seruire ad effectum præsentis obligationis impediendum. Et specialiter dicenti, generalem renuntiationem non valere, nisi præcederet specialis. Mandamus ob hoc & præcipimus nostro Receptor, præfati & futuro in d. H. quatenus cum tangit, quatenus ipse

ipse iuxta præsentem nostram obligationem soluat 400. florenos Brabant. dictis diebus & terminis, citra aliquod impedimentum, dilationem, vel appositionem. Rogamus & requirimus idcirco venerabiles nobis dilectos & charos confratres nostros, Decanum & Capitulum nostræ Ecclesiæ, quatenus consideratis rationibus hic ante declaratis, ipsis placeat annuere, ratificare, approbare & confirmare hanc nostram obligationem, per eorum literas & sigilla per præsentem transfixas, nostro proprio nomine signatas, & per appensionem sigilli nostri secreti pro re firma atque stabili corroboratas.

Datum L. sub nostris, nomine & sigillo secreto 20. Jun. Anno 52. Subscriptum manu Episcopi, & summi Secretarii.

TENOR CONSENSVS CAPITULI L. Ecclesiæ.

Nos Decanus & Capitulum Ecclesiæ L. notum facimus omnibus, quod ex necessitatibus ut in literis obligatoriis, quibus hæc transfixæ D. Episcopi facta sit constitutio, cessio atque transportus redditus redimibilis, &c. super d. receptoria, I. H. tanquam Tutori, &c. Quantum in nobis est, & ad nos spectat, sub beneplacito atque approbatione sanctæ sedis Apostolicæ, quatenus opus est, laudamus, confirmamus, acceptamus & approbamus, perque has præsentis laudamus, acceptamus, promittentes prædicto nostro Confratri, nomine quo supra, quod si (quod Deus auertat) contingeret, prædictum Dn. Reverendiss. morte vitæ terminare, antequam d. redditum redemisset, siue debuisset facere, dictam constitutionem, cessionem atque transportum d. redditus per suum successorem futurum Episcopum ratificare, proq; bono, firmo & stabili tenere & instabilire, absq; aliqua contraventionem, vlllo unquam tempore in contrarium facti.

In cuius rei testimonium nos huic præsentem nostro transfixo appendi fecimus sigillum ad causas nostræ Ecclesiæ, sub Anno 1552. 20. Jun. Subscriptum sic: De mandato honorabilissimorum Dominorum meorum, Decani & Capituli supra dicti.

Walterus G. Notarius.

Tenor scripti à Camera computatoria missi & producti: Causa præsentem reposita ad deliberandum, Camera computationum gratia Iua Reverend. consideratoque, quod præfata sua gratia Reverend. non ratificet contractum per suum prædecessorem factum. Imo quod non constat, mensam Episcopalem profectum accepisse ex denariis, qui erant expositi per repræsentantes quondam Matthiam H. ordinatum fuit Procuratori generali, ut causam defensionem susciperet coram Scabinis Leodienibus,

faceretque dictam repræsentantibus negationem. Actum 28. Octob. Anno 70. (10h. V.

De Mandato expresso Camera computationum

20. Nouemb. Interlocur. Comperimus præsentem Commissionem Procuratoris generalis sufficientem.

21. Nonemb. Actor dat rationes, seu propositiones. Tenor: Iure notorium esse, præfectos rationum, siue magistros computationum non posse valide contrahere, alienare, actionem, instituere, cõtestari litem. Per litis enim contestationem, quasi contrahimus. l. 3. §. idem scribitur de pecul. sine expressa constitutione suæ Majestatis Imperialis, quam in eorum officio repræsentant, vt l. 1. de offic. Procur. Cesar. Sic & iure cautum, quod quilibet de suo facto interrogatus, debet ipsemet respondere suum factum, medio calumniæ iuramento. Sic tale iuramentum neque Principi, neq; Parenti, neque Patrono committi potest, l. quoties de iurjur sine speciali mandato. ideo non esse licitum, Magistrum computationum Camera suæ gratiæ Reverendissimæ Principis inferioris contrahere, actionem instituere, neq; debito alieno, hocque nomine gratiæ suæ præeunte constitutione sub signata manu aut sigillo. Ideo constitutionem dicti Procuratoris generalis esse impertinentem & insufficientem, argumentando à maiori ad minus, l. qui indignus. ff. de Senator. Considerato, quod die constitutionis sit negatio redditus nomine Episcopi, licet Decanus & Capitulum consenserint, vt in iis literis habetur. Præmissis attentis sustineri, quod de magis sufficienti mandato Episcopi docendum sit. Concludunt & petunt, protestando, prout est styli, petentes expensas.

28. Octob. Ordinatio pro Procuratore generali. Tenor: Receptorem L. & Procuratorem generalem ideo suscepisse; quia fuerint citati, & Episcopus nunquam ratificavit factum sui prædecessoris, ideo eos habuisse in mandatis, vt denegarent intentionem agentis.

23. Nouembr. Episcopus, præsentibus Cancellario & aliis hominibus sui priuati consilii, ordinavit & præcepit Procuratori sup generali, vt suo nomine defenderet, suo consensu & consilio Aduocatorum suorum, sicut pro ratione competiret faciedum. Factum in loco priuati consilii Episcop. die & anno supra dicto.

28. Nouembr. datur Tenor Constitutionis Arnoldi de L. fratris Receptoris: Est generalis forma, non sufficeret in Camera; quia speciales & præcipuæ clausulæ deficiunt.

1. Decembr. Procurator generalis confessus est, & recognouit sigillum Episcopi antecessoris, & confirmationem Capituli.

Item quod d. Seruatius sit Receptor de H. Item, quod denarii in literis eisdem contenti applicati fuerint in utilitatem patriæ. Aduersarius hoc acceptat pro confesso.

5. Jan.

5. Ianuar. Anno 71. Proponit Actrix & Confortes. Tenor: Ad demonstrandum Receptorem generalem non esse fundatum ad faciendam negationem Actrici: Sed quod petitio eius est liquida, & sic arrestum super administratione vel receptoria est legitimum, & ob hoc res parata executionis.

Si vero Procurator generalis velit de hoc excipere, tunc dicit & proponit, ut sequitur.

Primo: quod cum pro redemptione & extinctione 3000. fl. Brabant. reditus, quos habebant super dominio de F. 6000. flor. Brab. restituta fuerunt, ac deposita ad manus Iohannis H. Canonici L. & Decani F. vbi Patru & Tutor. dictarum prolium & minorennium, ad finem illi rursus in utilitatem ipsorum reapplicandi, ut sit vltimus fructus matris, & vtilitas prolium.

Secundo: Eo tempore Episcopus à Gallis, videlicet Anno 52. inuasus, coactus fuit colligere armigeros pro tuitione patriæ.

Tertio: Existente igitur Episcopo pecunia destituta, & intelligente d. H. eam pecuniam habere, & quod alias non posset recuperare, requisivit eum ad habendum 6600. fl. Brab. qui ad hoc fuerunt numerati & deliborati, & huiusmodi pecunia applicata & insumpta in utilitatem dictæ suæ gratiæ, & eiusdem patriæ, ut est confessus ipsemet Procurator, dicens, quod deberet haberi recursus ad status patriæ.

Quarto: Pro qua summa, tractato prius diligenter super eo cum Capitulo, uti tali casu decet, & communicata re, conclusioque & arrestato, ipse cessit & transportavit in profectum & vtilitatem Actricis 400. fl. reditus redimibiles pro denario sedecimo, affectando & obligando ad huiusmodi effectum receptoriam de H. emolumenta que siue prouentus illius, pertinentes mensæ Episcopali L.

Quinto: Sic quod additæ sunt conditiones & clausulæ tales, quod in defectum solutionis vidua & liberi possint sine aliqua contradictione in arrestum ponere & designare omnia bona & prouentus ad dictam Receptoriam pertinentia, quodque maius est, apprehendere, & corporaliter scizire corpus ipsius Receptoris, vsque ad integram satisfactonem Canonum & retardatorum præacti reditus.

Sexto: Quæ siquidem cessio, transportus & obligatio, ut per literas constitutionis apparet, quæ ad manus vestras depositæ, confirmata fuit, ratificataque & approbata, uti promissum est per capitulum.

Septimo: Et quia transfixum literarum per capitulum sigillatum & recognitum, committit hoc attentius ponderare: Item promissiones, quod post mortem Episcopi Georgii velint facere per Episcopos futuros ratificari.

8. Quo tempore modernus Episcopus erat

Decanus, & sic promissus & confirmator vna cum ceteris. Ideo contra factum proprium venire non potest.

9. Quia vero contractus Principis & eius & obligatio adstringit ipsius successorem in dignitate, & eum obligat ad eius obseruantiam, c. 1. ibi Canon de probat. Bald in l. digna vox. C. de le. & alii ibidem: Luc. de Penna in l. 2. verb. solus secundum. C. de fundo rei priuat. lib. 11.

10. Imo conuentio & cum Principe nondum impleta, debet per successorem adimpleri, l. 1. consil. 1. lib. 3. A fortiori igitur debet Episcopus, qui tunc fuit Decanus consensit & confirmavit, stare contractui.

11. Notandum etiam, quod pecunia in vtilitatem patriæ est versa, & sic successor tenetur.

12. Licet enim persona & alias non teneatur, si tamen contractus in eius vtilitatem vertitur, obligatur, l. cunctas. de reb. credit. c. quod quibusdam. de fideiuss.

13. Nec potest obiici, quod is contractus per sedem Apostolicam non est approbatus; quia grauis & vrgens necessitas patriæ & requirit retentionem & accelerationem. Quo casu non requiritur talis consensus, Prator. Gerard. à patria, sing. 100. Zabarell. in Clement. 1. de reb. Eccl. non al. q. 20.

14. Prout etiam considerandum, quod Episcopus sui antecessoris testamentarius executor fuit, quod & acceptauit. Ersi itaque d. causæ cessarent: tamen non esset fundatus in sua negatione, cum tanquam executor repræsentet personam quondam Domini ab A.

Cum igitur d. pecunia spectet ad orphanos, tenebitur non tantum summa principalis, verum etiã omnia damna & interesse, quæ taxari debent ad rationem vsuræ pupillaris, quæ est centesima, hoc est, ad rationem 8. per 100. l. qui semel. ff. de neg gest. l. Tutor qui repriorum. §. quodam. de administ. tut. l. nuper existimo. eod. tit. Id quod multo altius ascenderet, quam reditus controuersus.

Ad hæc contractus cum Principe plus habet efficacitæ, quam instrumentum guaranteeatum, quod habet executionem paratam, & eos obligat, quod aliud instrumentum non obligaret. Multo ergo magis & hic contractus executionem paratam habere debet, & successores adstringere. Concludit Actrix, ut supra, petitque expensis.

10. Ianuarii Procurator generalis dedit responsionem, Tenor: dicunt Procurator & Receptor in alienatione bonorum Ecclesiasticorum plura esse requisita: scilicet, quod subit causa legitima: Quando capitulum ad hoc habet a iquod interesse, interuenit tractatus aut deliberatio competens. Et finaliter, ut solennitates de iure Canonico requisitæ sint in eo obseruatæ, ut decreto superioris, vel Sanctæ sedis,

sedis, &c. talis alienatio confirmata sit. Cessante aliqua ex his, contractus tales alienationis sint nullius effectus, & ex his nulla compctat actio.

9. Item nototium, quod annuus reditus † perpetuus importet alienationem, vt in tit. de reb. Eccl'es. non alien. lib. 6. Nec debet Iudex aliquis approbationis decretum interponere tali alienationi, siue sit hypothecæ, locationis longi temporis, redditionis vel feudationis, nisi ipsi appareat de rebus supra dictis, vti dispositam est, in extrauag. ambitiosa. de rebus Eccl'es. non alienandis. Tanto minus igitur potest Iudex pronuntiare pro valore talis modi alienationis, præcipue autem secularis, quando autoritate Apostolica non est decretum aliquod super valore talis alienationis interpositum, cum causæ etiam cognitione. Ex quo Iudex secularis nullo modo est Iudex competens talis questionis. verum illi est prohibitum tam directe, quam indirecte, contractum huiusmodi approbare. Scripsit autem suis Aëtrix allegat plures causas, in facto consistentes, quibus vult iustificare acquisitionem redditus controuersi, & fatetur difficultatem eius præstationis.

Negationem Reorum esse fundatam; quia nunquam constabit nummos peruenisse ad manus Episcopi Georgii, nec conuersum vnicum Stuferum in commodum Episcopatus, vel eius mensæ. Collectionem militum Anno 54. non fuisse sufficientem causam ad alienandum de mensa Episcopali, cum eo tempore in hunc vsu sufficientia subsidia per Episcopatum sint collecta. Imo posse Prælatum Ecclesiasticum cõtauenire suo proprio facto. Cum autem Aëtrix non intendit vltra iustificare suam intentionem, quam factum potest Procurator scire, vt per Iudices, assumptis Iurisconsultis, causæ huius definitio fiat.

17. Ianuar. Aëtrix dicit: Quod Procurator generalis debeat respondere amplius 2. & 3. articulis eius propositionis, videlicet, an non bene credant, quod dict. 6000. & 600. floreni Brabant. per Iohannem H. fuerunt numerari Commissariis & deputatis, & an ea summa applicata sit pro tuitione patriæ L. Hoc negato, petit se ad probandum admitti.

19. Ianuar. Procurator generalis dicit: Aëtricem præsupponere in suo scripto proximo, quod sua præsentio non sit clara & liquida, id eoque intendere eam probare. Cum itaque Reus tamdiu sit fundatus in † sua negatione, donec non constet intentio Aëtrici, præsentia in literis, eo etiam magis, cum plura facta debeant iustificari: Ideo defensores † non teneri ad respondendum super factis controuersis.

23. Ianuarii Aëtrix replicat. Cum iam pridem per Iudices ordinatum fuerit, vt Aëtrix

suas darèt rationes, quare Rei in sua negatione non sint fundati? Aëtricem hoc præstitisse, sed Reos tantum ad frangendam Aëtricem subterfugis querere, ne soluant. Adhuc petit, vt 2. & 3. articulis plene respondeatur, videlicet, an pecunia numerata & accepta fuerit ad vsus, vt supra? Et tale periculum tunc extiterit; quia ad prædictos duos articulos respondere detrectant; quia vident, his probatis, finem liti per hoc esse factum, & causæ merita in his residere. Cum que petiti sint articuli, ideo eis respondendum. Qui enim vult antecedens, is & ad consequens tenetur. Si Rei velint recte respondere, statim fatebuntur articulos esse veros. Etsi negarent, statim leuato pede probantur. Hodie igitur cum constet, hodie agatur, l. 1. vt legat. & fideicommiss. nom. Petit satis respondenti, vel ad probandum admitti.

6. Febr. interloquitur Iudex, vt ad proximam diem Lunæ prædictis articulis respondeatur.

12. Februar. Procurator generalis responder. 2. & 3. articulis, videlicet, quod denarii in prædictis articulis tacti non fuerunt expositi tempore administrationis, gratiæ suæ Reuerendissimæ modernæ, quod que ipse informatus per auditores Camera computationum, dictæ suæ gratiæ. An forsitan aliqua computationes huiusmodi denariorum redditæ forent? Non comperit, quod vel in Camera computationum, nec in Cancellaria suæ gratiæ inueniantur aliqua computationes factæ huiusmodi denariorum. Et idcirco iustam habet causam ignorantæ, vbi vel ad quem finem tales denarii fuerint applicati, se referens ad hoc, quod præfata Aëtrix de eo faceret constare, ne vltius potest quicquam ea de re credere.

Sequitur consilium & resolutio Iurisperitorum.

Summa: Reum fuisse in allegatione fundatum, & nihilominus Aëtricem ad probandum admittendum esse. Quodque Reus fundatus in negotiatione, facit, quia Instrumentum, cuius executio petitur, insufficientis videbatur. Nam verba assertiua contrahentium, fidem † non faciunt, Franc. c. 1. nu. 4. de reb. Eccl. non alien. & ibid. Zabarell. q. 3. dum non constat de euidenti necessitate & utilitate Ecclesiæ, vt requiritur, c. sine exceptione. 12. q. 2. Neque itidem de tractu primo. Episcopus dum alienauit & rogauit capitulum, vt approbet, nec de consensu superioris apparet, quæ tunc præsertim requiruntur, quando agitur de alienandis bonis, quæ Episcopus habet in capitulo separatim, Franc. d. c. 1. num. 20. & ibid. Præpos. d. c. sine exceptione. nu. 13. & 14.

Contractus autem inualiditate seu nullitate præsupposita, præceptum guarantee quæque nullum

nullum est, *Castr. in l. fin. de constit. Bald. in l. si absens. num. 11. si certum per. & in l. hac edictali. num. 6* Est enim præceptum illud accessorium. Ideoq; illo corruente, corruit, *Bald. in l. si non sortem. §. videbit. de condict. indeb.* Nec Episcopus potuit renunciare eiusmodi exceptionibus in præiudicium Ecclesiæ. Item, exceptio ex ipso contractu oriens, potest guarentigiæ opponi, *Bald. d. §. videbit. vers. sed an poteris.* Et pacto exceptionis pertinentis, exceptio eidem obiici potest; quia non tam exceptio est, quam nullitatis deiectio, *Bald. d. loco vers. sed quid. de except.* Item ²³ pactum, quod † ex sua natura vituperatum est, non meretur executionem, *Bald. ibid. in fin.* Sequitur, recte negatum.

Sed quod Aëtrix ad probandum sit admitenda, mouet, quod validitas Actus allegatur & probatio offertur. Ideo executio eatenus differenda, donec Iudici de his liquet, *Bald. in l. cum Testamento, in fin. C. de testament. manumitt.* Ideo Actores ad ordinarium ordinem iudiciorum non arctandos, præsertim vigore instrumenti. *Subscriperunt N. F. & I. M.*

17. Februarii Aëtrix dat nomina testium. Item 28. Februar. adduntur & nonnulli alii testes.

26. Febr. Dantur Interrogatoria.

Tenor.

1. An testes habeant notitiam, quod denarii numerati fuerint, per quem, & quis receperit.

2. An non verum, quod Episcopus ne obulum in suam utilitatem conuertit.

3. An non verum, quod ex his pecuniis non sint acquisita bona aliqua, pro mensa Episcopi, nec ex his ea meliorata.

4. Ad quem finem & effectum sint applicati.

5. Anne verum, quod pro defensione patriæ contra Gallos, status concordarunt in subsidium leuandum An. 52. centum quatuor millia flor. Brabantinorum. Et Anno 55. adhuc 52. millia flor. Brab.

6. Annon omnes expensæ factæ anno 52. 53. 54. occasione illius belli excesserunt summam centum quinquaginta millia florenorum.

7. Anne huiusmodi subsidia leuata & collecta fuerunt iuxta prædicta concordata.

8. Anne huiusmodi sufficientia fuerunt pro expensis illius belli.

9. Ex cuius ordinatione prædicti denarii soluti fuerint, & expositi, & an Capitulum L. Nobiles, Ciuitas & oppida desuper ordinauerunt, per eos, vel eorum deputatos.

10. An de huiusmodi denariis aliqui computus facti fuerint, & coram quibus.

11. Qualem auctoritatem seu commissionem quilibet auditorū habebat, & tales com-

putationes conclusæ & signatæ fuerunt, & per quem?

12. Ad qualem summam redeunt restantia prædicti subsidii, annorum 52. 53. quæ nondum sunt solutæ, per eos, qui ad eas tenentur.

13. An non Episcopus Georgius, &c. moriens reliquit diuitem hereditatem, de qua eius heres magnopere profecit. Imo ultra 40. 50. vel 80. millia flor. Brab.

14. An non Episcopi L. sicut & d. Georgius, capitulariter iurent de non alienando aliqua bona immobilia mensæ Episcopalis.

15. An non etiam reiterent hoc idem iuramentum, recipiendo cōsecrationem ad dignitatem & ordinem Episcopalem.

16. Ut testes dicant causam scientiæ.

1. Martii examinantur testes præsentē F. Scabino L. Quorum depositiones tamen huc ponere non est huius instituti.

19. Martii, & postmodum sæpius præfiguratur partibus aliquot termini ad producendum & deducendum sua iura, quæ habent.

10. Jun. Aëtrix dat clausulas & extractum ex quodam volumine papyraceo scripto, quod Ioh. W. Cancellarius deposuit: *vt ibi.*

Sequitur resolutio Aëtrix contra Procuratorem generalem. Nota: quod patris resolutio † non debet partibus communicari, *sed celari, 14* sicut dicta testium.

TENOR RESOLUTIONIS.

Ex actis comperisse hostium incursum in ditionem L. tempore contractus, sic, vt necessitas præsens fuerit conficiendæ pecuniæ. Comperisse etiam, patriæ defensionem pertinere ad Ordines, Status, & Principem, & pecuniam ad exercitum colligendum impensam esse. Subsistente ea necessitate potuisse sine dubio pecuniam colligi, etiam sub onere annui redditus, idque per Principem, cuius plurimum intererat, totam ditionem cōseruari, sic vt ex capite istius interesse (argumento eorum, quæ *Molin. in tract. vsur. q. 38. nu. 290. & arg. l. aliquando si meliori. ad SC. Velleian.*) totamque alioquin communiter ad omnes pertinebat obligationem in se suscipere, & bona sua Ecclesiastica † oppignorare, nullis adhibitis solennitatibus potuerunt. Nec videtur requiri alia necessitatis probatio ad ipsum bellum præsens, cum & insolitus hostium incursum necessitatem præsupponat, quibus velut extraordinariis oneribus Principis thesaurus sufficere non præsumitur. Et quod dicta pecunia parata Principem locupletem præsumi, nõ aliter † quam ad consueta & ordinaria onera referri potest. Saltem præsentī factō non recte applicabitur propter immensitatem pecuniæ, quæ ad defensionem tam amplæ & latæ ditionis requiritur.

Posito tamen, Princeps sufficientem pecuniam

niam habuerit, nihilominus ad sustinendum obligationem præsumptio necessitatis, qua extante sufficit, & creditorem in tanto periculo subueniente securum facit.

Monent me præmissæ rationes, vt obligationis controuersæ nullitates non recte obiici existimem.

Subscriptum à Ioh. M.

RESOLUTIONIS IOH. F.

T E N O R.

Quoniam in hac materia alienationis seu hypothecæ per A. vtriusque partis patroni cau- larum resolverint omnia, vt nihil addi possit: tamen requisitus vult ostendere Episcopum obstringi, adeoque manuum obiectioni contractus seu obligationis ei in bonis Episcopali- bus factæ suum cursum relinquere debere, nisi Princeps reditus, Canones decursos persolue- 17 re malit. Nam licet tam leges, quam ¶ Canones prohibeant alienationem bonorum immobili- um Ecclesiasticorum, l. iubemus. C. de SS. Eccle- 18 siis. Authen. de non alienand. vel permut. c. nulli & tot. tit. de reb. Eccles. non alien. c. sine exceptione. 12. q. 2. c. 1. & 2. d. tit. in 6. Nec pignori dari possint, d. c. nulli. l. sancimus. de reb. Eccles. non alien. Nec longo loca- tionis titulo, c. fin. d. tit. Secus tamen vbi neces- 18 sitas ¶ existit, Gl. in d. c. 1. Vel Ecclesiæ utilitas, aut rei pietas, quorum alterum subesse sufficit, ¶ sancimus. C. de SS. Eccles.

Item iure bellum præsens atque imminens, quoad metum iustum creandum (l. i. quod met. caus.) necessitatem attulisse Ecclesiæ seu Præla- to pecuniæ vndiquaq; contrahendæ, & ex mo- bilium Ecclesiasticorum hypotheca.

Hinc patet, quod metus in commodorum 19 & calamitarum, quæ ¶ bellum consequi solent, puta captiuitatis, seruitutis, d. l. ex hoc iure. l. 3. quod vimetue causa. Amissionis fortunarum, d. l. 3. Cruciatu corporis, l. isti d. tit. vitæ nos- træ & nostrorum, vt iam, habet necessitatem coactam, & contrariam voluntatem, l. i. quod met. caus. l. 1. C. de locat. §. n. 15. quibus rebus re- contrah. obl. Quia fuit fatalis, non culpa quæsita. Bors. decis. 44 num. 27. Et facit licitum, quod alias illicitum; quia non habet legem. Prohi- bita alienatio, siue à lege, siue ab homine, non intelligitur alienatio necessaria, l. peto. §. præ- dicitur. ibi Dd. de legat. 2. l. 2. ibi Dd. & gl. Cod. de fund. dotat.

Utilitatem vero excipit Lex, ¶ ne id, quod fauore sententiæ optima ratione constitutum esset, duriore interpretatione trahatur ad eius di- pendium, l. quod fauore, S. C. de ll. Et principem 21 iure ¶ naturali teneri ad defensionem patriæ, 22 l. vt parentibus. de iust. & iure. Et est Princeps ¶ maritus Reipubl. Lucas de Penna in l. quicumque. Cod. de omni agro deserto. lib. 11. Ergo vt vxorem defendit maritus, ita etiam magistratus defen- dere Rempubliam tenetur. §. petitur. Instit. de

iniur. Ideo à subditis exiguntur collectæ. Chassan. ad consuetud. Burg. tit. des iustices. §. 4. Moueat etiam Principem honestatis & existi- mationis ratio, argumento, l. Nepos Proculo. de verb. & rer. signif. Et debet princeps studiosior esse ad conseruationem publici boni, quam re- rum priuatarum, leg. 2. ad l. Rhod. de iactu.

Et tempore necessitatis ¶ omnia sunt com- 23 munia, possunt etiam monasteria & sacre ædes per ciues sine periculo difici, si ex his ciuitati periculum immineat, Petr. Jac. in tract. tit. de re- sect. inuor. Si ergo tota alienari potest, multo magis hypothecari potest. Sic etiam ¶ pro pie- 24 tate, fame, vel redemptione captiuorum, 2. l. q. 2. c. sancimus. de SS. Ecclesiis.

Sed nulla maior pietas, quam ¶ defensio pa- 25 triæ, Panorm. in c. non minus. de immunit. Eccles. Necessitas famis, &c. Quia vnica ¶ hominis a- 26 nima pretiosior est vniuersis bonis temporali- bus, d. l. sancimus. in fine. c. annorum. 12. q. 2. Et est bellum cæterorum maiorum incommodo- rum causa: argumento ab effectu ad causam.

Diluendo obiecta: Primo, non negari po- test, summe vtile fuisse Episcopo ære succurri, cum status Ecclesiasticus sit patriæ membrum, quod saluum esse non potuit, toto patriæ corpore euerso, Cicer. lib. 1. offic. arg. l. 3. de reg. iur.

Secundo: Non opus in rem Ecclesiæ pecu- niam versam, cum sufficiat patriæ necessitas: Host. in cap. 1. de solut. Panormit. in capit. quod qui- busdam. de fideiussor.

Tertio: Non opus fuit Pontificali authori- tate & confirmatione, vt per Panorm. in c. fin. de Eccles. adificand. vel reparandis.

Quarto: Iuramentum ¶ Principis restringi- 27 tur ad alienationem illicitam, non ad necessa- riam & vtilem, c. fin. ibi Panor. de Eccles. adific. vel reparand. Et sic recipit restrictionem à iure, l. fin. C. de cond. indub.

Quinto: Obligationem etiam ad successio- nem transmitti; quia Prælatu ¶ succedit in v- 28 niuersum ius Ecclesiæ, estque heredis loco, l. hereditas. de petit. heredit. vide Alex. in d. c. 1. de solut. ibidem Panorm. Et sequitur accessorium natu- ram sui principalis, ideoque si iuramento esset vallatus per Georgium A. non posset propterea infringi cōtractus prætextu inualiditatis. Quia licet iuramentum sit personale, non afficiens ¶ heredem, quoad vinculum spirituale, Innoc. 29 c. veritatem. de iureiur. tamen est reale, & afficit heredem, quoad vinculum temporale, id est, validitate & inualiditate contractus. Et habet contra Reum Episcopum exceptio doli locū, Gloss. Bart. Bald. in Auth. quas ades. C. de SS. Eccles. Panorm. & Dd. c. si quis de reb. Eccles. non alien. Et datur Actio propter pecuniam in Ecclesiæ uti- litatem conuertam.

Subscriptio Ioh. F. O.

F 28. Jan.

28. Ianuarii Anno 72. comparuit Actrix, petiit ius dici, & decisionem fieri.

Procurator generalis dicit: denegando D. G. A. reliquisse diuitem & opulentam hereditatem, & ultra ea, quod Anno 54. in vasis aureis & argenteis, aliisque mobilibus, valoris 10000. vel 12000. fl. Brabant. Ideoque sustinebat, ob hoc Actricem debere prius ad hoc respondere, illudque credere vel denegare.

Interlocutoria.

Dictum ex quo primus punctus per supra dictum Procuratorem generalem propositus reperitur, articulatus & deductus in suismet scripturis. Imo productionem & examen testium desuper fuisse factum, huiusmodi punctum esse impertinentem. Ideo non admittimus. Ad secundum quod attinet, ordinamus Actrici, ut illi respondeat, denegat vel fateatur. Saluo iure impertinentium.

29. Ianuarii Comparuit Actricis Procurator, Respondet ei secundo puncto, negando eum; quia se ignorantem eius esse. Vterius dicit contra inuiles propositiones Procuratoris, & proponit literas obligatorias Domini de A. Item confirmationem Capituli. Item moderni Episcopi, tum temporis Decani. Item, quod est executor Domini de A. Repetendo priora.

30. Ianuarii fit relatio nuntii de executione siue presentatione decreti Procuratori generali, ratione Reuerendiss. ad secundum punctum, ut probet.

Deciditur processus, & sententia fertur 8. Febr. An. 72. in hunc modum.

Pronunciatum: Quod actis & deductionibus dicti processus, obligationibusque & probationibus desuper factis & exhibitis, attentis etiam cum aliis Iurisperitis pro more assumptis, communicatis, eorumque consiliis & opinionibus nostris adiunctis, & quod comperimus denarios in literis obligatoriis coram nobis exhibitis, siue productis mentionatis, conuersos seu applicatos fuisse pro communi defensione & necessitate Principis & patrie huius, ac aliis rationibus ex Actis resultantibus predictis. Prefata Domicella, nomine quo procedit, Actrix, est in suo arresto, prosecutioneque & intentione bene fundata, condemnando per nos opposcentes. Reseruantur nihilominus suae gratiae Reuerendissimae, seu Procuratori generali, nomine quo supra, sui regressus atque recursus, siue contra Status suae predictae patrie, vel alios, uti consulum reperiet.

Pronunciatum in praesentia Matthaei H. & c. & eorum Procuratoris. Ad hoc Procuratori generali, a die hesterno ad hunc diem seruiente intimato, per Ioannem de profunda V. & nostrorum satellitum iurarorum, qui id fecisse testatus fuit. Subscriptum per S. De mandato Dominorum Scabinorum L.

16. Februarii Anno 72. Comparuit Procurator generalis, qui appellauit a certa sententia, per Scabinos lata, ad Dominos praesidentes, tanquam immediate superiores. Quae est recepta.

ACTA SECUNDAE INSTANTIAE, CORAM CANCELLARIO, & Iudicibus ordinarii consilii Episcopi L.

18. Martii Anno 72. post emissam Citationem introducta est appellatio per Procuratorem generalem, & citat. consensum in eius admissibilitatem, saluis suis defensionibus. Constituit Appellatus Iohannes H. Procuratorem Lambertum Fr. Bo. & Br. promittens ratum habiturum: Cauens & obligans domum suam, & generaliter omnia sua bona.

Præfigitur mensis ad producendum acta priora.

26. Martii, datur alius terminus, ad dandum grauamina.

23. Maii, Procurator generalis, & Receptor H. dant Nouationes, id est, Grauamina. Tenor: Petit admitti ad respondendum & probandum. Quoad formalia, repetit priora acta. Quoad materialia, recenset i. contractum Iohannis H. cum olim Dom. Episcopo, super reddito annuo, & hypotheça Comitatus L. siue bonis mensae Episcopi.

2. Inde impetratum esse Arrestum.

3. Et citatos Receptores ad solutionem Canonum d. redditus.

4. Omnem occasionem suscitanti processus esse.

5. Quod licet Actores non probarint sufficientem constitutionem d. redditus.

6. Tamen Scabin. non habentes respectum ad vitium nullitatis, & imperfectionem dictarum literarum, adiudicarunt Actoribus suam petitionem.

7. Ad demonstrandam igitur sententiae iniquitatem, praefatus Procurator dicit, Censuram, redditus, & alia comprehensa sub receptoria L. Comitatus spectasse ad mensam Episcopalem, spatio 10. 20. 30. 40. 50. 60. & ultra memoriam hominum, annorum.

8. Et ea bona habere omnia priuilegia, quae habent alia bona Ecclesiastica.

9. Item dicit: quod Episcopatus L. & omnia eius bona exempta sint & libera ab omnibus iurisdictionibus & superioritatibus ordinariis, sintque immediate subiecta sedi Apostolicae.

10. Et haec non possint aliquo modo obligari vel alienari sine consensu & decreto sedis Apostolicae, ex causis iure expressis, & solennitatibus eiusdem.

11. Et quod ad illa alienandum nulla subsistet causa in iure fundata. Et quod consensus & decretum sedis Apostolicae non interuenit. 12.

Quia

Quia non sufficit allegatio belli Gallici. Nam eo Anno 52. collecta fuit à statibus summa centum & quatuor millium flor. Brab. pro consuetudine ab Ecclesiasticis & Nobilibus.

13. Item constabit, quod Anno 53. dicti status concesserunt collectam 52000. fl.

14. Pro quibus summis colligendis deputatus fuit ex parte Episcopi Ioan. W. Cancellarius.

15. Qui misit ad status singulos designationem & schedulam, quantum quilibet in contributione solvere debeat.

16. Quæ soluiæ sunt, nisi à quibusdam, qui adhuc tenentur.

17. Inde sequi, D. A. non fuisse coactum vendere bona mensæ Episcopalis.

18. Quia sufficiebat collecta pro defensione patriæ.

19. Debat itaque negotium exponere statibus, & ab his petere subsidium, ad quod erant voluntarii.

20. Et tenebantur status, præsertim ob instantem vim publicam.

21. Et licet recepta sit primo ea pecunia, sub spe, quod illos recuperet à statibus, tamen successorem non teneri.

22. Quia etiam postea Anno 55. contributa esse ad hoc 52000. fl. Brab.

23. Et adhuc deputatos, quos nominat, qui eos florenos colligerent, reciperent, idque factum, inde potuit solui hoc debitum.

24. Quia d. denarii excesserunt expensas per ipsum factas, ideo successorem non onerandum.

25. Negatur, quod constet, eam pecuniam ad necessitatem & utilitatem mensæ Episcopalis conuersam.

26. D. A. instituisse in heredem Comitem ab M.

27. Quam hæreditatem accepit, & est ultra valorem 50000. fl.

28. Ab ipso posse recuperari hoc debitum.

29. Solennitates in alienando requisitæ non interueherunt.

30. In specie verò tractatus requisitus, & successiue à sede Apostolica.

31. Contributos esse D. A. ab Anno 54. vsq; 56. 120000. fl. Brab.

32. Qui collecti sunt per Henr. B. nomine A.

33. Non igitur necessarium fuisse, recipere tantam pecuniam.

34. Au. habuisse in suo Palatio Anno 54. vsque ad suum obitum, argentea vasa & mobilia ad valorem 12000. fl.

35. Quæ ante omnia vendi debebant, quam ut oneretur mensa.

36. Inde defuit legitima causa alienandi.

37. Au. habuerit omni tempore maiorem partem censuum & reddituum mensæ Episcopalis; quia semper ei debebatur Canones vnus

integri anni, postquam debiti atq; cessi erant.

38. Ioannem H. Canonicum fuisse pluribus annis Consiliarium, & vnus ex auditoribus Camera rationum.

39. Cui cognita fuit ratio creditorum, & etiam valor bonorum mobilium Episcopi.

40. Fuit ergo in mala fide, procurando alienationem bonorum mensæ; quia sciebat magnam suppellestem, & medium, talem pecuniam conficiendi, qua venditus est redditus.

41. Capitulum L. in forma iuris non consensisse, nec interuenit tractatus necessarius. Concludit: præfatum onus non esse transmissum in successorem, ideoq; bene appellatum, & priorem sententiam reformandam. Cura expensis.

13. Septemb. Appellati dant responsiones.

T E N O R.

Esse irreleuantia gratamina, ideo non respondendum, &c. vt tamen satisfiat ordinationi, respondent ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. articulos, se referendo ad literas acquisitionis redditus. Et dicunt, illas nimis sufficientes, ad habendam solutionem & executionem. Dicunt etiam arrestum legitime factum & executum, iusteq; pronuntiatum per Scabinos L.

Ad 7. 8. articulos credit, Episcopum habere plura bona, census & redditus in Comitatu L. quæ non sint proprie seu præcise Ecclesiastica, sed principalia & prophana, & pro vsu Imperii recepto, per Principes Ecclesiasticos possunt obligari, interueniente consensu Capituli, citra præuiam, vel præuentem solennitatem; quia huiusmodi bona non habeant talem prærogatiuam & priuilegium, qualem habent propria bona Ecclesiastica, quæ tamen urgente necessitate, & aliis similibus alienari possunt, *Menoch. tract. de arbit. iud. quest.*

Ad 9. 10. articulos dicunt, Ecclesiam L. esse liberam à iustitia ordinaria, subiecta sanctissimo Papæ & Imperiali Maiestati. Sed inde non inferri, alienationem, & hypothecationem non posse subsistere. Siquidem ex actis constet de maxima necessitate, qua existente, licet leges transgredi. Allegat recessus Imperii, quibus statuitur quod sumptus pacis publicæ ad Principes primo pertinet, & etiam subditis reponere. Ideo hoc casu Princeps non habens pecuniam, permittente lege, cum consensu Capituli obligauit mensam Episcopi.

Ad 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Causam necessitatis esse notoriam; quia hostis tam prope erat apud portam. Ideo non opus consensu Papæ; quia ex mora periculum instans erat. Et adest assertio Principis & Capituli, cui standum, propter Excellentiam & Regal. *Bellon. conf. 49. num. 12.*

Concurrat decretum Ordinum, quo ob necessitatem hypothecatio fieri debuit: vbi &

belli timor sufficit, *Boer. decis. 249. nu. 6.* Fauorem Orphanorum esse ꝑ potiozem, quam fiscii & Principis.

Ad 18. 19. 20. artic. vt ad proximos. Nec releuat, quod Princeps tunc multum habebat in nominibus; quia hoc non debet præiudicare viduæ, & orphanis. Militibus enim non nomina, sed stipendia numerari oportet, & succedit regula, minus esse habere actionem, quam rem. Et ꝑ in dilatione solutionis inest quoque periculum.

Ad 21. 22. 23. 24. art. quod successor teneatur adimplere obligationem Prælati, suo loco dicendum erit. Imo quod teneatur, quam diu viuuit; quia approbavit hic Princeps, tunc Decanus, *c. veniens. de transact.*

Quia etiam si contractus, de quo hic, fuisset personalis, hoc est, non cessisset in utilitatem Ecclesiæ vel ditionis, tamen valet in præiudicium contrahentium.

Ad 25. articulum dicunt contrarium esse verum, idque apparet; quod quia expositi sunt huiusmodi denarii, lus præsumit necessitatem tunc subfuisse, & constato de bello, non aliter probanda. Prout & tali casu Princeps collectas indicere potest, non docto aliter de necessitate publica.

Ad 26. 27. 28. artic. referunt se ad testamentum D. de Au. & eius executores, non posse hocipsis præiudicare: ligant enim pacta prædecessorum successores.

Ad 29. 30. artic. Solennitatem sufficientem fuisse seruataam dicti contractus, nempe iusta causa, Timor scilicet belli. Licet in alienatione duo requirantur, Forma scilicet, seu solennitas, & iusta causa.

33 Tamen valet ꝑ citra solennitatem, si cessit in utilitatem & præseruationem, vt in Parlamento etiam Parisiis pluries iudicatum dicit *Molin.*

Ad reliquos articulos se referunt ad rei veritatem, negant eorum contenta: sibi sufficere, quod bona fide contraxerunt, & quod pro cōseruatione patriæ pecunia est applicata. Malam igitur esse recompensam hanc. Concludit, confirmandam sententiam Scabinorum, cum Expenfis.

20. Septemb. excipitur contra responsiones quasdam, petitur ulterius responderi.

3. Octobr. dantur vltiores responsiones.

T E N O R.

Ad 7. 8. Articuli dicunt se vltra sua præconfessita de illorum contentis nihil credere.

Ad 9. & 10. vti iam.

Ad 11. 12. 13. 14. 15. 16. similiter.

Ad 22. 23. 24. Artic. credunt, quatenus constare potest, aut est, sed non quod sibi præiudicium posset generare, nec credunt eos veros ad effectum & finem, ad quem intendunt.

Ad 26. 27. 28. Art. se referunt ad testamen-

tum D. Au. & heredes ibi nominatos, ad quos Appellans recursum habere potest pro suo interesse & damnis, & non potest nocere Appellatis.

Ad 31. 32. 33. art. sunt facti alieni, non credunt.

Ad 37. 38. artic. Nihil sciunt de contentis 37. artic. Credunt tamen, quod Ioan. H. Decanus fuit Cōsiliarius D. de Au. & in Camera computationum. Sed quod ideo sententia debeat retractari, & articuli sint releuantes, etiam probati, non credit.

7. Octob. præfigurantur octo dies ad exhibendum omnia, & in causa concludendum.

11. Octob. admittuntur testes Appellantium ad probandum.

NOTA: Dantur aliquot termini ad producendum, etiam ex gratia speciali: Tandem proceditur in examine.

9. Nouembr. Appellati dant interrogatoria.

1. Commitunt Commissariis generalia interrogatoria.

2. Repetunt literas obligationis & consensus Capituli.

3. An non sciat, quod tempore, quo Gallus magno exercitu erat in Campania, depopularit & exusserit plures villas & oppida, castra & fortalitia patriæ L.

4. An non sciat & notorium sit, quod Gallus inimicus erat capitalis D. de Au. & per consequens, Caroli V. & Imperii, cuius & patria L. est membrum.

5. An non Gallus tunc occuparit limites patriæ, ita vt ob summum periculum necessariura fuerit, citra dilationem colligere exercitum.

6. Ad articulos 12. 13. & alios subsequentes: An sciât, quales collectæ & impositiones factæ fuerint, & cōcordata p status? Quo aho & die?

7. An non status patriæ se non possint adunire, nisi lōga adhibita difficultate, & magno temporis interuallo, sic vt in casu necessitatis subitæ tardius esset, atq; magno opere periculosum, eatenus expectare, donec Princeps atque protector patriæ collegisset pecuniam.

8. An non eo tempore non erant paratæ collectæ, ad colligendum militem sufficientes?

9. An non viderit euenire, q non obstante certa collectâ, tamē status intra aliquot annos non potuerint colligere, vix ad dimidietatem, præsentia paupertate & facta conditione?

10. An non tempore contractus Episcopus modernus fuit Decanus, qui cum confratribus post longam deliberationem consensit, non aliud re, erientes expeditius remedium pro patriæ cōseruatione.

11. An bene sciât, quanam bona mobilia D. Au. tunc habuerit, cuius valoris, vnde illa proueniebant, an illa ex tunc erant sufficientia pro illa necessitate?

12. An non huiusmodi bona vte a filia ita erant necessaria pro vsu aulæ, vt facilius & cum minori

minori interesse ad certum tempus obligari potuerit mensa, quam sua vtenilia destrui, & fusioni exponi.

13. An non verum, quod etiam si vtenilia & vasa magni valoris fuissent: tamen non extitisse homines, qui tantam pecuniam in promptu haberent, pro emendis & soluendis istis vasis.

14. An non modernus Episcopus, cum rebellarent quaedam oppida, tot habebat bona, quot habuit D. de Au. tempore belli, cum Gallus inuasit patriam.

15. An non modernus Episcopus magis duplo impignorauit super fructibus mensae Episcopalis, tam per hypothecationem dominiorum, quam venditionem nemorum, pratorum, & aliorum bonorum immobilium, quam suo tempore fecit D. de Au.

16. An non obligatio per D. Au. tam erat necessaria, & plus quam quae postmodum facta est?

17. An non recorderentur, quod Aetrix tempore contractus erat vidua, & habebat filios duos orphanos, ad quos pecunia pertinebat, quae erat in manibus Ioannis H. Decani F. sic scilicet, quod ea pecunia nequaquam otiosa esse debeat?

18. An non modernus Episcopus existens Decanus L. fuerit cum aliis executor testamenti D. Au. idque post solus suscepit.

19. An non D. Au. tanquam nobilis & magnificus, habuerit ex suo patrimonio bona mobilia, & suppellectilem argenteam, ante Episcopatum adeptum?

20. An non meminerint, quod d. pecunia numerata fuit, ob vigentem necessitatem bellorum, & pro defensione Ecclesiae, & vniuersaliter totius patriae.

21. An non verum sit, quod bona obligata, sicut bonum prophanum, quod cessante necessitate obligari potest, & circa alias solennitates hypothecari?

22. An non bene sciant, quod pecunia expolita fuit deputatis Episcopi? Sed & quod applicata in solutionem stipendiariorum per Episcopum Electorem. Et scientiae suae rationes dicant.

Sequitur nunc depositio testium, ex parte Appellantium productorum, quam hic inserere non est nostri Instituti.

9. Decembris, ad Citationem emissam fit deputatio, ad videndum recipi documentum & inuentarium, a Procuratore generali productum.

Datur supplicatio a Procuratore dicto, qua petitur a Decano & Capitulo L. ut sibi communicetur ex testamento D. de Au. & inuentario, quae detinentur in Archivo ipsorum, copia Inuentarii bonorum mobilium Domini

Au. & extractus clausulae testamentariae institutionis heredis, ad se in d. causa iuuandū, pro defensione iuris Domini Episcopi.

Decernuntur supplicanti Copiae petita, iuribus scribentis saluis: factum 28. Nouemb. Anno 72.

20. Decemb. Exhibitum & reproductum per Procuratorem generalem L. Inuentarium bonorum mobilium D. de Au. in manibus Notarii Capituli L. existens ad requisitionem Procuratoris.

Sequitur memoriale instructionum, pro Anna V. contra Procuratorem generalem: Tenor. Procuratorem generalem in grauaminibus principaliter deduxisse, quod D. de Au. reliquerit magnam & opulentam successionem, & super his omnes suas allegationes conflauisse & edificasse massam scripturarum. Sibi datos esse terminos ad probandum, sed in his nihil praestitisse. Tandem conclusum in causa, & reconclusum, idque in rem iudicatam abuisse. Iam vero iterum quaeri sub eius fugia, & motam necesse, ne causa decidatur. Placeat Dominis considerare bonum ius Aetricis, & iactantiam nudam Procuratoris, & idcirco recasari vltiora retractatoria, siue prorogationem, & quod hoc sit faciendum, implorat officium Iudicis. Protestand.

Sequitur alius supplex libellus, Annae de V. Tenor. Esse conclusum in causa, iura scripturarum collecta: Rogat ut pronuncietur, nec amplius differatur, cum acta sint compendiosa & ius clarum.

Sequitur alia supplicatio Procuratoris generalis: Tenor. Cum requisiti sint Iudices ad habendum Iurisperitos ad decisionem causae pendens: Petit, ut idonei assumantur, medio iuramento, quod non sint partiales.

Sequitur clausula testamenti. Tenor & summa. Instituit in omnibus bonis, mobilibus & immobilibus (praeter legata) heredem Carolum de Br. Comitem de M. ex nepte sibi consanguineum. Et substituit ei prolem eius legitimam. Si vero sine liberis decesserit substituit prolem Ioannis Comitis ab Ost-Frisia, Nepotes ex sorore testatoris. His omnibus prolibus supra dictis non existentibus, substituit prolem Georgii de Br. fratris praedicti Caroli.

9. Decembris. Procurator Aetricis recognoscit extractum testamenti, sed negat eius tenorem releuare Appellantem, vel ei prodesse. Deinde significauit: Notandum esse, quod modernus Episcopus tunc fuerit Decanus, & executor testamentarius, per hoc acceptauerit dictam executionem vna cum infinitis rationibus, in processu deductis, quibus insit Appellata.

28. Ianuarii Anno 73. Procuratores Appellatae comparuerunt, & petierunt sententiam.

Procurator generalis iacet se velle demonstrare, primo: D. de Au. reliquisse opulentam successione, in vasis aureis & argenteis, & aliis mobilibus. Secundo: ad valorem 10. vel 12. millium florenorum Brabantinorum. Sed debuisse dominam Appellatam, antequam ulterius procederet, respondere, idque fateri vel denegare.

Procurator Appellatæ hoc contradicit.

Fertur interlocutoria: *Tenor.* Priorem punctum, per Procuratorem generalem oppositum, esse impertinentem, & inadmissibilem, ideoque non admissum. Sed ad secundum punctum Domicellam debere respondere: Saluo iure impertinentium.

29. Eiusdem: Procurator d. Appellatæ protestatur contra producta & allegata post conclusionem in causa: sed saluis exceptionibus dilata litis. Respondet ad secundum punctum proximæ interlocutoria, negando eum; quia sunt eius ignari. Ulterius proponit & repetit priora, & quidem ipsas literas obligatorias, consensum capituli: executionem testamenti per modernum Episcopum factam, & alia deducta & allegata.

Præfixitur terminus ad octo dies proximos pro audienda sententia sub comminatione, quod siue compareant, siue non, nihilominus tamen ad partem præsentis instantiam fieri debeat, quod Iuris.

30. Eiusdem, refert nuncius siue satelles, factam notificationem Procuratori generali, ratione termini & responsionis.

23. Februarii interlocutum: Quod Iudices velint assumere Iurisperitos non suspectos, expensis partis petentis assumptionem illorum: Et Procuratores partium declarabunt Iurisperitos, quos existimant sibi suspectos, intra diem Sabbathi proximam. In præsentia D. V. declarantis, se nolle dare suffragium, neque opinionem suam in præsentis causa.

28. Februarii, protogatur ad diem Martis proximam.

9. Maii. Ad hanc diem citati sunt partes, ad audiendum ius.

Sequitur relatio facta per Iurisconsultos assumptos, ut sequitur.

Præmittitur, qualiter sibi remissa acta diuulgeret ponderauerint: velint solummodo præcipua argumenta breuiter explicare. Episcopum Ioannē de Au. in literis obligatoriis narrare, in Comitibus An. 52. decretam fuisse summam 104000. flor. Brab. vt conscriberetur miles. Cum autem hæc summa difficulter esset colligenda, opus fuisse in promptu 32000. fl. Brab. ad eam summam esse recepta 6400. fl. à Curatore Ioann. H. cum consensu capituli. Sed inde non extitisse tantam necessitatem, vt

solennitates & requisita iuris seruari non debuerint, & superior commode & ante periculum consuli non potuerit. Quia à die memorati subsidii, vsque ad datum concessi redditus fuisse quinque menses, intra quos facili negotio subsidium colligi, vel solennia peragi potuissent. Hoc affingunt, quod nusquam in prima instantia neque ex congrua articulatione partis agentis, nec ex probationibus apparuit præcise, de ea tanta necessitate secundum tempus constituti redditus, vt sit mirum de Scabinis & Iurisperitis, qui acta non nisi perfunctorie peruolarunt.

Verum hic scrupulus everti potest ex his, quæ in hac instantia ex propriis Appellantis productionibus ad anteriores Appellatæ probationes demum accesserunt. Probatur enim hic, sortem prædictam fuisse non solum acceptam, sed etiam reipsa ærogatam in præsentem necessitatem, collecti militis pro defensione patriæ, quæ erat constitutionis redditus tempore, vt habent dicta testium. Siquidem certissimum est, Gallum eo tempore inuasisse viciniâ & patriam, & factum hostem Episcopatu. Per necessarium igitur fuit, imo & pium, bona mensæ Episcopalis oppignorari, Statibus comprecantibus, vt iam sit extra controuersiam, constitutionem redditus propter pietatis & summe necessitatis causas, etiam in consulto Pontifice, aliisque solennitatibus, subsistere, per *Panorm. & Felin. in c. fin. de Eccles. adif. vel reparand. vbi dicunt, non opus consensu Pape, quando ¶ periculum 34 est præsens. Felin. c. cum accessissent. de constit. n. 22. De reliquis effectibus necessitatis vide in c. querelam. de iureiur. Abb. in c. non minus. de immunit. Eccl.*

Præmissa maxime procedunt, quando bona Episcopi & capituli sunt diuisa. Et Episcopatus præsupponit bona ad suam administrationem pertinentia, pro alienatione temporali, causa pietatis, vel necessitatis. Tunc enim tradunt Dd. sufficere tacitum consensum Capituli, *Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccles. in verb. conuentionia. nu. 158. Dom. in c. 1. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. Cardin. Zabarell. in clem. 1. vers. 29. de reb. Eccl. non alienand. facit Ias. l. 1. & ab antiquis. num. 7. C. de test. Damh. in tract. subhast. c. 1. n. 35. vers. 4.*

Secunda est quæstio, An successor teneatur? Decisio habetur, in c. 1. de solut. vbi traditur, successorem teneri ad debita prædecessoris, pro necessitate Ecclesiæ, *Ias. conf. 221. vol. 2. Panor. in c. quod quibusdam. de fideiuss. & in c. ex præsent. de pignor. Din. c. ratum. de reg. iur. in 6. nu. 16. vbi dicit, gestum ratione Ecclesiæ successor potest ratum habere.*

Concludunt, obligationem controuersam transire in successores, ac idcirco illius executioni intentatæ locum esse. Postmodum occurrit dubium: Quod prior sententia concepta est in personam viduæ, de cuius tamen interesse, quoad

quoad reditum, nihil constat, & is in capita filiorum creatus inueniatur, ideo putat, sententiam priorem reformandam, ita, quod videlicet processus, quoad matrem, fuerit inutilis, tamen respectu filiorum valere. Et quia etiam appellatio sit communis, sed ex libello Appellantiu constat petatum, vt pronuntietur super negotii principalis meritis & obligationis effectu.

SENTENTIA PRÆAMBULA.

Consilium ordinarium Domini Gerardi, Episcopi L. Notum facimus omnibus & singulis, quod cum Seruatius L. vt suæ gratiæ quaestor, siue Receptor H. necnon Procurator fisci suæ gratiæ, Appellantes à quadam sententiâ per Scabinos L. die 8. Febr. Ann. 1572. cōtra ipsum, & pro A. de V.I. & M.H. filiis eius, Appellatis pronuntiatâ, ad nos nostrumq; tribunal appellasset. Quæ quidem sententia ex nonnullorū Iurisperitorum consilio, actis, causæ meritis, instrumentis obligatoriis & probationibus factis, attentis. Et quoniam nummi, quorū mentio in obligationis instrumento, coram edito, in defensionem cōmunis patriæ, & necessitatē Principis conuersi comperiebantur, absq; causis & actis apparentibus pronuntiarūt, Appellatos originarios recte arrestum interposuisse, iusteq; egisse oppositoribus, & nunc Appellantibus, in litis sumptibus (seruato nihilominus suæ gratiæ, vel eius Procuratori, vel cōtra status suæ patriæ, aut contra quos sibi commodū videbitur regressu) condemnatis, vt in illa sententia latius expressum erat. Et insuper dicti Appellantes per impetrationem nostri mandati citatorii, inhibitorii & pœnalis, nec nō per citationē in Appellatos insinuatam, & ad certam diem iuridicam seruientem, qua Appellati monebantur certa die comparere, appellationemq; introduci, nec non in causâ, prout iuris esset, procedi, visuri, appellationem suâ introduxissent, seu prosequi cœpissent, terminoque seruiente ac declaratione per ipsos factâ, quod nouis allegationibus, vt vellent, scripturas vulgo, nouitates inscriptas cōpluribus grauaminibus refertas, ac contententes, iuste à sententiâ Scabinorū prouocatum, ideoq; sententiâ, vnde prouocatum fuerat, per nos reformandâ, & eos ab intentione & petitione originariorum actorum, cum cōdemnatione expensarū absoluedos, rationibus & causis in dictis scripturis, vulgò nouitates dictis, latius expressis, & breuitatis gratia prætermisissis edidissent in eorum probationem. Verum dicta vidua aliis scriptis instructius ad priorem sententiâ confirmandam, ac Appellantes in omnibus expensis & interesse condemnandum. Quibus hinc inde deductis, & factâ conclusionē, citatis partibus ad sententiam, ipsis & eorum Procuratoribus præsentibus, pronuntiauius in hunc modum.

TENOR SENTENTIÆ.

In Causa appellationis, quæ coram nobis inter Seruatium L. suæ gratiæ reuerendissimæ Receptorem H. nec non suæ gratiæ fisci Procuratorem, Appellantes ex vna: & Domicellam Annam V. viduam quondam Matthiæ H. Ioh. & Matthiam H. eius filios, Actores originarios & Appellatos, partibus ex altera, ius dicentes per hanc nostram sententiâ diffinitiuam, quæ de Iurisperitorum, quibus acta communicata fuerunt, consilio & assensu ferimus in his scriptis, actis, tam prioris, quam posterioris instantiæ attentis, neque obstantibus præsentibus per Appellantes coram nobis nouis deductis. Dicimus, per Scabinos L. prioris instantiæ Iudices bene pronuntiatum, & ab eorum sententiâ, quam ideo confirmamus, male prouocatum, ita tamen, vt illius commoda applicentur & conuertantur secundum tenorem obligationum, cuius in actis fit mentio: Appellantes Appellatis in expensis huius instantiæ, quarum taxationem & moderationem nobis reseruamus; condemnantes. Datum in dicto consilio, sub sigillo ad causas imprimi solito, & hic inferius impresso: Anno Domini 1573. die 9. Maii.

Ad mandatum Dominorum meorum, Cancellarij & consiliariorum, Consilij ordinarij, Reuerendissimi Episcopi L. in fidem Actorum supra scriptorum ex originalibus transsumptorum.

ACTA CAMERÆ.

10. Septemb. Anno 73. W. reproducit Citationem, Inhibitionem, Copiam compulsorium, nu. 1. 2. 3. Et sic formalia iustificata.

Sylu. dat mandatum pro Appellatis, nu. 4. sufficiens. Et cum Seruatii L. Consortis nullâ fiat mentio, contra quem in prima instantiâ decreti sunt processus, vult audire, an Procurator W. dius nomine velit comparere, & acta producere.

W. dat instrumentum appellationis & insinuationis: Omnia sunt iusta. Sententia lata 9. Maii, Anno 73. Appellatum 14. eiusdem, Anno eodem.

24. Septemb. interlocutum, vt W. nomine Appellantis ad proximam se legitimet, sub cōminatione proclamatis.

25. Septemb. W. dedit copiam mandati generalis. Nō videtur sufficiens, vt supra in princ. dictum.

24. Nouemb. W. dat instrumentum requisitionis actorum. Obtinet ad productionem actorum tres menses.

1. Martii Anno 74. W. petit prorogationem ad tres menses.

2. Martii Sylu. concedit tres menses, & petit decerni citationem contra Capitulum; quia in obligatione comprehendatur.

F 4 4. Mar.

4. Martii decernitur citatio.

26. Maii W. dedit acta priora sigillata, petit Aduersariū ad recognitionem sigillorū compelli, & ad libellandum terminū ordinationis.

Sylu. recognoscit sigilla bona fide, salua veritatis substantia. Consentit in publicationem.

5. Octobr. W. dat nomine Consortis mandatum procuratorium, pro Seruat. Receptore, quod sufficit. Item libellum articulatū: Cum nominatione Commissariorum.

TENOR LIBELLI APPELLATIONIS.

P. æmissis solitis, & litis contestatione affirmatiua, & petitione admissionis ad probandum.

1. Articul. Cum quondam Dominus Iohannes H. Decanus F. & Canonicus L. nomine dictæ viduæ & filiorum, à Domino Georgio, Episcopo L. prætenderent, acquisiuisse redditum annuum 400. florenorū Brabantinorum, pro summa sex millium quadringentorum, florenorum, ad ratam denarii decimisexti, eiusdem monetæ emptum. Resp. ad 1. & 2. consistunt in tenore contractus.

2. Item D. Georgius hunc redditum super bonis suis Episcopalibus, præcipue super bonis Comitatus L. assignasse & hypothecasse dicitur, & mandasse, vt redditus huiusmodi per Receptorem pro tempore bonorum & emolumentorum d. Comitatus, d. viduæ & liberis quotannis solueretur.

3. Quæ d. Appellati ob diuersos Canones decurios, Receptorem moderni Episcopi L. bonorum, in d. Comitatu L. sitorum, superioribus annis L. autoritate Scabinorum L. arrestari & detineri fecerunt. Resp. esse legitime factam arrestationem.

4. Vnde coram Scabinis inter partes institutus processus. Resp. credit.

5. Coram quibus, licet de constitutione hypothecæ redditus sufficienter probatum nõ fuisset. Resp. ad 5. 6. non credit.

6. Tamen ipsis inique redditum esse adiudicatum.

7. Appellatum ad consilium ordinarium L. Resp. ad 7. 8. credit. Sed nullitatem & iniquitatem obiectam non credit.

8. Qui confirmarunt & approbarunt eam nullitatem & iniquitatem 9. Maii, Anno. 73.

9. Nullitatem & iniquitatem deducendo dicit, quod collatione literarum præteritæ constitutionis redditus, ad Canones, leges, recessus & ordinationes Imperiales facta, euidenter exemplarum literarum inspectione & collatione de nullitate & iniquitate assertæ constitutionis apparebit. Resp. non credit verum.

10. Dominus Georg. hunc redditum super bonis Episcopalibus & Ecclesiasticis, citra cõ-

sentum sanctæ sedis Apostolicæ, non obseruatis quoque aliis solennitatibus in bonorum Ecclesiasticorum venditione requisitis, constituere omnino, & Actoribus vendere non potuit. Resp. Iuris.

11. Cumque Episcopatus L. sit feudum Imperii, non potuisse sine consensu Imperatoris validè hypothecari. Resp. facti alieni, iuris, & non responsalis.

12. Maxime cum Comitatus L. sit de dependentiis Principatus L. & in inuestituris nominatum expressus. Resp. vt iam.

13. Quin etiam posito, hunc redditum vere constitutum fuisse, & iuxta iura: tamen nõ possent Appellati à successore D. Georgii in dignitate, sed ab ipsius heredibus exigere. Respon. non credit.

14. Pro consuetudine vero Ecclesiæ L. hætenus ab immemoriali tempore obseruata, & speciali sedis Apostolicæ dispensatione D. Georg. ex testamento heres extitit Dom. Carolus de B. Comes M. Resp. 14. & 15. alieni facti.

15. Qui hereditatem maximi valoris agnouit, seque pro herede gessit.

16. Ideo modernus Episcopus hos Canones soluere, aut alienationem ratam habere nõ debuit, sed heres. Respon. allatiuus.

17. Porro pro Canonibus Receptor Episcopi autoritate Scabinorū L. arrestatus fuerat. Resp. vt ad 3.

18. Sic etiam modernus D. Episcopus ad contractus per suum prædecessorem celebratos approbandum, & debita per eum relicta exoluendum teneretur, quod tamen non creditur. Respon. ad 18. 19. 20. Iuris, non responsales.

19. Iuris, ad ea solummodo debita successorem Ecclesiasticum teneri, quæ iuste inueiunt sic in dignitate prædecessores, & quorum pecuniam in utilitatem Ecclesiæ versam esse constat.

20. Vt cum alias necessitas inuitabilis ad venditionem bonorum suorum Ecclesiam cogebat.

21. Sed de neutro horum ex actis constare. Resp. non credit.

22. Ad defensionem patriæ Anno 1542. & 1543. aduersus hostiles incursus Galli, status Leodientes conscripserant subsidium Ordinibus ducentorum & octo millium florenorum, monetæ Brabantinæ, ab omnibus dictæ patriæ Ordinibus colligendum. Resp. ad 22. & 23. artic. alieni facti, & non responsales.

23. Cuius subsidii summa, statum Ecclesiasticum, personas Ecclesiasticas, Ecclesiasticave bona possidentes concernens, at tendit ad nonaginta millia florenorum, & paulo amplius.

24. Porro pro Receptore dicti subsidii se gessit prædictus quondam Dominus Iohannes H. tunc Decanus L. qui etiam subsidium eius-

eiufmodi à diuerfis Prælatiſ, Collegiis, Monaſteriis, pijs locis beneficiariis, Officialibus & Adminiſtratoribus Eccleſiaſticis hoc nomine percepit & collegit? Reſp. fuiſſe quidem, ſed non ſolum Receptorem d. ſubſidii, qui nominantur ſimul colligentes, & qui deputati rationes iuſtas in ſuper reddiderunt, quas deputati approbarunt & confirmarunt.

25. Vnde multis numeris accepit ſummas, excedentes ſummam illam ſex millium quadringentorum florenorum, qui per ipſummet nomine Appellatorum dicuntur numerati pro controuerſio reditu comparando. Reſp. ad 25. 26. 27. non credit veros. Appêdix habet, quod ſit iniurioſa calumnia, & ſupra d. ſubſidiû eſſe de Anno 42. Hoc vero de Anno 51.

26. De quibus hæcenus non dedit rationes & computum.

27. Quare ipſe Decanus potius debuerat pro deſenſione patriæ, quæ reliqua habebat, ipſe reliquator impendiſſe, quam pecuniam facere propriam, aut ſuorum nepotum, & ex illis reditum ſuper bonis menſæ Episcopalis comparare.

28. Dicitur Decanum fuiſſe fratrem M. H. mariti Annæ, & patris harum prolium. Reſp. credit.

29. Præterea d. Decanum tempore mortis habuiſſe notabiles Colonias, cenſus, reditus, & bona immobilia, & poſt ſe reliquit. Reſp. ad 29. 30. 31. veros, ſed Appellatos non fuiſſe eius heredes, licet legata quædam, vigore ſui teſtamenti, acceperunt.

30. Appellatos ei, tanquam heredes, ſucceſſiſſe.

31. Iidem ea bona poſſederunt ſtatim, & adhuc poſſident.

32. Et quatenus ipſorum pecunia reditus controuerſius fuiſſet emptus: tamen ſicut ſucceſſores patri ſui, d. Episcopo & Principi, ad reliqua nomine eiufdem ſui patri reddenda tenentur & adſtricti ſunt. Reſp. ad 32. 33. non credit, proteſtando ſuper iniuriis.

33. Quæ quidem ſumma reliquarum partium aſſerti reditus longe ſuperaret, ita vt in euentum, ſi Princeps eſſet obligatus, compenſatio ipſo iure minus debitum extinxiffet.

34. Omittit nullitatem proceſſus, & quod initium fuit per arreſtum inſtitutum coram Iudice incompetente, & qui ratione domicilii vel contractus de cauſa cognoscere non poterat. Idque tam contra iura communia, quam ſpecialia huius facti Romani Imperii Conſtitutiones.

Reſpond. ad 34. 35. 36. 37. 38. 39. non credit veros, præſumi omnia legitimè acta, & de nullitate fruſtra querelam fieri, vbi de meritis cauſæ ſaris conſtat.

35. Hanc cauſam, quoad Eccleſiam ſpectat, & bona Eccleſiaſtica concernit, non coram ſe-

culari Iudice, ſed Eccleſiaſtico tractanda.

36. Vel ſaltem coram Cæſarea Maieſtate, aut hoc iudicio Camerali, cum de feudo ab Imperio immediatè dependenti, feudi obligatione & hypotheca ſuper ea conſtituta agatur, contra Principem Imperii.

37. Quæ non niſi coram Imperatore iuxta Ordinat. Imperii conueniri, vel alias ſecundû exemptiones in corpore reſcuiſſi Imperii clauſas in ius trahi debuerat.

38. Alias proceſſus inſtituti nullius ſunt roboris & momenti.

39. Procurator vero, qui coram Scabinis Leodiensibus litem dicitur conteſtatus, ſufficienti mandato conſtitutionis, quale de iure requiritur, non erat munitus.

Petit pronuntiari, bene appellatum, & ſententias priores reuocari, reformari, caſſari & annullari. Cum clauſula ſalutari.

Item nominationem Commiſſariorum num. 11. Petit commiſſionem cum clauſula tranſſumendi documenta, & quatuor menſes pro prima dilatione.

6. Octobr. Sylu. conteſtatur litem negatiuè, petit in communi forma.

W. generalia, repetit libellum, petit ei reſpondenti, & ad hoc terminum dari.

Syluius obtinet terminum Ordinis.

15. Decembr. K. pro Sylu. dedit Exceptiones contra libellum: Cum euentualibus reſponſionibus num. 12.

T E N O R.

Acceptat proficua, repetit ordinationem, qua non licet Appellantibus, ſi non habent aliquid noui probare, acta priora articulatum reiterare, & quaſi actum agere, ſed tenentur concludere, vel cauſa pro conſuſa, reiectis grauaminibus acceptari. Quod autem iam plenè eadem in effectu deducta ſunt, patet, ſi conferantur acta priorum inſtantiarum cum articulis.

Nam à primo vſque ad 23. articulum incluſiue plane nihil aliud, quam priora, otioſè repetuntur.

Articulus vero vigefimusquartus cum 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. omnino ſunt impertinentes, irrelevantes, odioſi, tacita veritate, cum iniuria defuncti emiſſi: cum Appellati fuerint ſolummodo legatarii, & modernus Episcopus confirmari contractum: iam contra proprium factum venit.

Nullitas obiecta non eget reſponſione, quia notiffimum, quod vnus filiorum ſingulis actibus iudicialibus interſuit, & ratum habuit omne id, quod Procurator egit, & Iudices decreuerunt.

Admirandum, quod ex aduerſo contraria allega-

allegare non pigeat. Nam in nouitatibus secundæ instantiæ dixit, bona obligata esse subiecta Pontifici immediatè. Iam vero dicit mediâtè Imperatori. Similiter iam in 12. articulo dicit, bona esse feudum Imperii, & sine cōsensu Imperatoris pignorari non potuerint.

Cum itaque manifestum sit, eadem iam repeti, & ius eiusmodi superflua non admittat, ideo petit articulos, tanquam odiosam repetitionem priorum, & sic irrelevantes nō admitti, sed causam pro conclusa acceptari, & pronuntiarî definitiuè, vt ante petitum. Cum expensis, damnis & interesse.

In euentum respondet articulis, cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, vt *supra*.

Wild. petit terminum ordinationis.

7. Ianuar. Anno 75. Wild. reproducit acta priora.

4. Februar. Syluius iurat de calumnia.

20. April. W. petit 3. menses ad exceptiones agendum, & ad iurandum de calumnia.

29. April. Sylu. dedit auscultatam copiam clausularum ex libro rationum Iohannis H. olim receptoris, contra diffamationem, 25. 26. 27. 32. 33. articuloꝝ libelli.

TENOR fol. 1. & 2. habetur, quod receperit & expenderit Iohannes H. receptorio nomine, &c. Deinde eodem folio secundo habetur ita: Præsentes computationes fuerunt, saluo semper iustiori calculo, per venerabilem Dominum Iohannem H. Decanum F. cum earum mandatis & quitantiis in manibus nostris dimissis, coram nobis infra scriptis, per statum Ecclesiasticum deputatis exhibitæ, passatæ, & admittæ die 20. mensis Iul. Anno 1549.

Iohann. W. B. *subscr.*

4. Maii præfigitur Wildh. vt agat & iuret, vt petitum, sub cōminationibus.

5. Iul. W. iurat de calumnia, aliàs petit pro rogationem ad 3. Menat.

11. Octobr. W. dicit cōtra Exceptiones grauium 15. Decembr. nuper productas, generalia repetit sua grauiamina, petitque, vt per se petitum.

19. Octobr. Sylu. generalia repetit 15. Decembr. productas Exceptiones, petit, vt antè, submittendo.

15. Decembr. W. petit in puncto principalis negotii conclusionem nuper factam ex officio rescindi, & ex speciali Aduocatorum iussu exhibet articulos Additionales, cum petitione & protestatione. Item dat petitionem exhibitionis registorum.

TENOR ADDITIONALIUM.

In exordio petit illos ad probandum ad-

mitti, & prius nominatos Commissarios deputari.

1. Olim vixisse Dominum Georgium Episcopum L.

2. Is Episcopus & Comitatum L. ab Imperatore Carolo in feudum habuit.

3. Qui non potuit obligare, vel hypothecare de dicto principatu.

4. Nisi ob causas in iure sancitas.

5. Nec potuit deteriorare sine consensu Imperatoris.

6. Hinc non potuit 400. fl. vendere super d. Comitatu sine consensu.

7. Quin etiã cum d. Principatus & Comitatus pertineat ad Ecclesiam, non potuit obligari sine consensu summi Pontificis.

8. Cuius consensus non interuenit.

9. Necessarius etiã consensus erat Capituli L.

10. Qui etiam non extat.

11. Immobilia Ecclesiæ nō posse vendi, nisi ob euidentem necessitatem.

12. Vel ob æs alienum, quod alia ratione non potest extingui.

13. Vel si subsit notabilis Ecclesiæ utilitas.

14. Aut redimendi sint captiui ab infidelibus hostibus.

15. Quarum causarum nulla extitit, cum venderentur hæc bona.

16. Quod enim Rex Galliarum bellum inferret L. locis ditionis L. non fuit tanta necessitas, vt venditio fieri debuerit.

17. Alia enim ratione patria defendi debebat & poterat, quam si bona Ecclesiastica venderentur.

18. Quapropter status L. concesserunt Episcopo contra hostem illum contributionem centum & quatuor millia florenorum, à toto ordine colligenda.

Idque factum Anno 1552. tempore reditus venditi.

20. Cum prædicta summa sufficeret, status contribuerunt insuper 52. millia florenorum.

21. Inde apparere, Dom. Georg. nulla necessitate pressum ad venditionem bonorum Ecclesiæ.

22. Præterea Episcopus suis propriis viribus, & in solidum solus defendere aduersus tam potentem hostem, vt non poterat, ficticiam non debebat.

23. Cum eius defensio ad eum solum non spectaret.

24. Nam hæc loca, quæ tunc Francus oppugnabat, spectabant ad defensionem Imperatoris, & omnem ordinem totius Romani Imperii.

25. Debuit ergo d. Georg. subsidium circuli Westphaliæ, cui subest, vel Imperatoris, & omnium ordinum Imperii implorasse, & non suis viribus se velle defendere.

26. Insu-

26. Insuper ordines L. concesserunt Episcopo ab Anno 44. vsq; ad Annum 56. 12066. si ad abolenda patriæ extraordinaria onera & debita.
27. Cum ergo ad hoc contributiones sunt datae.
28. Debuit Episcopus abolere redditum prædictum, quem alienarat.
29. Cum summa contributionum lōge superarit hoc debitum.
30. Quapropter in detrimentū sui successoris non debet vergere huiusmodi factum.
31. Non constituisse de necessitate, nec de utilitate Ecclesiæ.
32. Pecuniam non versam in utilitatem Ecclesiæ.
33. Quin etiam constat, redditum non esse emptum ad ratam vicesimi denarii, iuxta constitutionem Caroli V.
34. Ideo debet reici, tanquam nullus.
35. Licet esset validus, non tamen debet afficere successorem.
36. Sed potius eius heredem.
37. Qui fuit Comes de M.
38. Qui successit, & pro herede se gessit.
39. Ex indulto enim Pontificis factum id testamentum.
40. Debebant igitur Actores ibi prosequi ius suum.
41. Posito, necessarium fuerit vendere redditum: tamen ordo iuris non seruatus.
42. Nam Ecclesia comparatur pupillo, cuius bona sine decreto Iudicis non licet quoquo modo alienare.
43. Primò procedi debet ad venditionem bonorum mobilitum.
44. Deinde demum ad immobilia itur.
45. Sed D. Georg. habuit plura vasa aurea & argentea.
46. Quorum valor excessit hoc debitum.
47. Debebāt ergo prius mobilia eius, quam Ecclesiæ immobilia vendi.
48. Aliās nulla potest esse causa tam euidēs.
49. Deinde Iohann. H. erat Consiliarius D. Georgii.
50. Quotidie versabatur in Palatio Episcopi.
51. Præsumitur eum fuisse in mala fide.
52. Eumque non latuisse, quod sufficiebant mobilia D. Georgii.
53. Appellatum & Consortes esse heredes Iohann. H.
54. Qui fisco tenentur ad reddendum reliqua, ex administratione publicæ pecuniæ.
55. Adeo, vt Appellanti competat ius compensationis.
56. Et hætenus de iniquitate.
57. Sed & notorie nullę sunt sententiæ, quas tulerunt Iudices priorum instantiarum.
58. Nam bona Episcopatus vel sunt imme-

diate subiecta sedi Apostolicæ, & summo Pontifici.

59. Vel ratione principatus Imperatori, aut Camerae.

60. Vel secundum Austrāg.

61. Vsque adeo, vt Iudices L. super his bonis nullam habeant cognitionem.

62. Vnde ex defectu Iurisdictionis nullitas insanabilis resultat.

63. Infert obligationem census esse nullam, vel nō afficere successorem. Petit, vt ante, cum expensis.

TENOR PETITIONIS, PRO
EXHIBITIONE REGI-
STRORUM.

Petit sibi integros computus per appellatos exhiberi. Intendit eam ex illorum inspectione conuincere, Iohannem H. computum finalem nunquam dedisse, & reliqua, vt debebat, intulisse. Et si enim nonnulli subscripserunt rationibus: id tamen cum ea cautela factum, vt error calculi posset quoquo tempore reuocari, & saluo semper iustiore calculo, petens id decerni.

Eodem: Sylu. Quia apparet, per hanc nouationem, nil aliud quæri, quam causæ protelationem, dicit contra petitionem, ratione rescissionis, & omnia alia serius, & post conclusionem causæ producta, nec amplius admittenda, generalia: petens, cum vtrinque sit conclusum, easdem conclusiones pro ratishaberi, ac desuper decerni, quod iuris est.

Wild. diffitendo allegata: petit vt petitur.

21. Maii, Anno 77. Vom. repetit constitutionem coram Protonotario factam, petendo Actorum omnium copiam, & cum 15. Decembris Anno 75. in hac causa hinc inde sit cōclusum, idcirco repetit eam conclusionem, petendo, vt ibidem petitur.

Wildh. petit copiam: admittit quoque, repetendo submissionem.

Vom. admittit & acceptat, repetens similiter submissionem.

23. Augusti Vom. dat instrumentum constitutionis cum copia: repetit 21. Maii nuper repetitam submissionem, petit decerni, quod iuris.

Wildh. petit copiam & tres menses, quatenus opus, repetit alias factam submissionem. Petit vt petitur.

Vom. admittit spacium trium mensium, repetit submissionem.

Vota Cameralia & sententias in penultimo tractatu Symphorem. quorum primum incipit:

Cum appellationis remedium non ad. &c.

Alterum vero: Tametsi in grauaminibus huius tertiæ, &c.

f. &c.

RELA

RELATIO XIV.

Trium instantiarum, cum insertis votis & sententiis, in Cauſa Euzæ S. M. contra B.

S V M M A R I A.

1. *Citra bonam fidem & continuatam possessionem vitra memorialis possessio sufficit.*
2. *Ignorantia presumitur, nisi scientia probetur.*
3. *Res aliena, inscio & inuito Domino, alteri pignori dari non potest.*
4. *Tempus solum non est motus inducendi obligationem.*

Formalia appellationis sunt iusta. Quia sententia prima lata à Sculteto & Scabinis B. in Martii Anno 55. à qua in continenti appellatum ad consistorium T. Ibidem sententia confirmatoria lata 28. Februarii Anno 61. In cōtinenti appellatum viua voce. Cauſa in Camera introducta 9. Junii Anno 61. Procuratoria etiam sunt iusta.

PRIMA INSTANTIA.

Facti qualitas facile ex sequentibus patebit.

15. Nouemb. Peter von M. tanquam Administrator desß Spitals B. hat iudicialiter fürbracht ein Schöpffen-Verschreibung/vnnd vermelt/wie der Hinderstand/davon deß Gottes hauß noch außsehe / in die 60. Malter Korn/mit Vint / derselben Verschreibung nach zuerkennen / wie allhie Kistenpfands Recht vnnd Gewonheit.

Inde citatur Aduersarius Simon M. 29. Nouemb. M. comparet, petit legi die Verschreibung.

EIVS TENOR.

In Reuisionsachen Herrn B. Klägern / wider D. beklagten / erkennen der Röm. Kay. Commissarii vnd verordnete Reuifores, daß Cammerichter vnd Beyfizer / beschehener Eynred vnderhindert / den außgeschriebenen vnd denuncirten Reuisionen statt zugeben schuldig / doch ihnen ihre gebührende Exceptiones vnbenommen / sondern hiemit vorbehalten. Decretum in consilio Dominorum Commissariorum & Reuiforum, 29. Maii, anno 1583.

Maynische Cansley.

3. Iunii Reuifores postularunt, vt reuidenti iuxta ordinationem actæ & rationes sententiæ, in ipsorum præsentia referrent. Illi exceperunt, cum de competentia Reuiforū nondum constet, sed Exceptiones collegii reseruatæ sint, detestantur ante ipsam exceptionem, plenam discussionem, in propria persona acta referre, sed obtulerunt, se acta Dominis Reuiforibus exhibituros, & simul in scriptis vorum commune oblaturus, ne scilicet vulgo Referentes ipsi forsitan innotescerent, & partibus litigantibus iniuri redderentur, antequam causa reuifibilis pronuntiaretur. Sed his rationibus non attentis, Reuifores iniunxerunt illis, vt se sisterent, addentes: Müßten sie doch selbst für ihr Person leyden / daß jederman wüßte / wer sie wesen / die sententiam reuident, deswegen die Assesores desto weniger bedencken trage solten. Quare tandem reuidenti dicto obedientes se se præsentarunt.

Votum Reuisionis in hac causa O. contra B. extat in penult. Tomo Synphorem. fol. 330. incipit: Submissum in puncto partitionis, an scilicet Domino Reo paritio, &c.

Cc - VO.

V O T V M

In causa Appellationis N. A. contra G.

S V M M A R I A.

- 1 Appellatio in criminalibus ex notoria Germania consuetudine non permittitur. & num. 5. limitatur. num. 29. 33.
- 2 Causa criminalis ex quo probetur.
- 3 Seditio est quasi seorsum itio.
- 4 Iniuria principi illata grauisima pena, eaq; corporali coerceri possunt.
- 6 Surrogatum sapit naturam eius, cui surrogatur, & cum eodem pari iure censetur.
- 7 Appellatio in notoriis impermissa est.
- 8 Iudex nullitatem exceptionis notorietatis, ex officio, parte etiam non opponente, attendere debet.
- 9 Confessio etiam extraiudicialis vim iudicialis habet. Quod extenditur. n. 10.
- 11 Confessio in Epistola reddita contra scribentem, plene & sufficienter probat & praedicit.
- 12 Notorium etiam duobus testibus probatur.
- 13 Super notorio qualiter testes recipi possint.
- 14 Consiliarij pars corporis Principis esse dicuntur, dicunturq; inherere Principi, sicut stella firmamento caeli. n. 15. 105.
- 16 Pro sententia Iudicis praesumitur, eaq; ex iusta & vera causa lata censetur, donec contrarium probetur. & n. 17.
- 18 Notarij relationi creditur, nisi ex aduerso valida afferantur probationes.
- 19 Acta rem certam & indubitam, adeoque notorium inducunt.
- 20 Contumax quis dicendus.
- 21 Procurator in causis criminalibus, ex parte Reorū praesertim, interuenire non potest, sed citatus se corporaliter sistere debet, vel nuntium, qui excusationes proponat, quare in persona comparere impeditus fuerit, mitter. num. 22.
- 23 Forma debita omissa omnia corruunt.
- 24 A multa de iure communi licito appellatur.
- 25 Multa definitio qua.
- 26 Differentia multa & pena qua. & n. 27. 28.
- 30 Usurarius manifestus appellare prohibetur. Fallit ibid.
- 31 Appellationes causarum criminalium quando deum in Camera recipi vetantur.
- 32 Argumentum à contrario sensu, in iure fortissimum est.
- 34 Substantia cum deficit, frustra de qualitate queritur.
- 35 Officiali, si excedat extra officium, etiam à priuato propria autoritate resisti potest, quia hoc casu vt priuatus censetur. Quod extenditur. n. 45.
- 36 Actus quocumq; non est absolute de genere prohibitorum, sed indifferens, vt aliquo modo permittitur, & alio impermissus, delictumque importare possit, semper in dubio interpretandus est, vt ad licitum trahatur. Ratio eius. num. 37.
- 38 Actus vel scriptura recipit interpretationem à verbis, in alio actu vel scriptura contentis.
- 39 Iudex extra officium procedere dicitur, quando nulla causa cognitione adhibita procedit. Ideoq; priuatus reputatur, & consequenter & impune non paretur, sed resisti potest. n. 40.
- 41 Magistratus officium quod?
- 42 Iudici damnum irrecuperabile inferenti indistincte resisti potest.
- 43 Propter grauamen irrecuperabile multa contra iuris dispositionem sunt permittita, quae alia sunt prohibita.
- 44 Iudex in propria causa nemo esse potest, nisi cui irrecuperabile damnum inferatur.
- 46 Condemnatum ad mortem iniuste quis propria autoritate, & per vim eripere potest.
- 47 Delictum vbi non est, ibi nec locus esse potest pena.
- 48 Seditio non est qualibet seorsum itio.
- 49 Dolo nullus sacre censetur, qui putat se probabilem habere causam, cur ius aliquod usurpauerit.
- 50 Conuenticula quando dicantur fieri.
- 51 Non esse, & non apparere, seu non probatum esse, quoad iuris effectum, paria sunt.
- 52 Pena corporales nunquam, nisi dolo malo peccata sit, imponuntur. Quod extenditur. n. 53.
- 54 In actis quod non scriptum reperitur, non praesumitur actum. & n. 55.
- 56 Priuilegia concessa, vt notorie locum habeant, quid maxime requiratur.
- 57 Negotium vel factum nullum notorium vel dici vel reputari potest, nisi prius constet vel doceatur, illud factum, quo de agitur, verum esse.
- 58 Qualitates siue accidentia probari nequeunt, nisi prius probetur substantia.
- 59 Non entis nulla sunt qualitates.
- 60 Iudici quare de ipso facto ante omnia vt iudici consistere debeat. & n. 61. 62.
- 63 Delictum nullum esse potest tam notorium, quam habere possit excusationes siue qualitates, aut circumstantias excusantes Reum.
- 64 Notorij probatio quando negatur, est necessaria. Quod extenditur n. 65. 66.
- 67 Testis in criminalibus omni exceptione maior esse debet.
- 68 Testis vt de notorio fidem faciat, requiritur, vt sui dicti, etiam non interrogatus, rationem assignet. Ratio eius. num. 69. Quod etiam extenditur. n. 70.
- 71 Notorij siue scientia causa & ratio qualiter reddi, qualisq; esse debeat.
- 72 Ad notorij probationem requiritur etiam, vt probatio fiat plene, ordo iuris seruetur, & pars aduersa ad videndum citetur.
- 73 Testes in scriptis vt deponant, de iure non permittitur.
- 74 Iudici asserenti notorium, quando non credatur. & num. 75.

- 76 Contumaces qui censendi.
- 77 Appellatio suspendit negotium principale, omnia accessoriæ & consecutiua.
- 78 Citatio tam in causis criminalibus, quam civilibus, qua inseri debeant.
- 79 Iudicium criminale & civile quoad citationem aequiparantur.
- 80 Ad locum non tutum nemo tenetur comparere.
- 81 Literas sine contradictione recipiens, videtur contenta in eis approbare.
- 82 Iteratio enixam voluntatem & deliberatum animi propositum designat.
- 83 Locus tum etiam, quoad propositum, non censetur tutus, si meritis cause sua quis timeat. Quod extenditur, num. 84.
- 85 Citatus ad locum non tutum si non accedit, contumax non dicitur. & num. 86.
- 87 In citatione, etiam in iis casibus, quibus quis personaliter in iudicium venire tenetur, illa causa exprimi debet, alias citatio, si secus fiat, non valet.
- 88 Causa qualibet, etiam leuis, si modo aliquo sit rationabilis, à contumacia eiusq; pœna excusatur. Etiam illegitima causa excusatur. nu. 89.
- 90 Contumacia vera non potest esse absq; dolo, cum sit delictum.
- 91 Contumacem appellare nõ posse, de quo contumace hoc intelligatur dictum.
- 92 Actus, si fieri non erat necesse, si fiat, sed minus solemniter, vel legitime, non vitatur.
- 93 Graua mina appellationis an in libellis appellatoriis necessario inferenda. & nu. 94.
- 95 Appellantes ad quot & ad qua probanda teneantur.
- 96 Instrumentum notorium constituit.
- 97 Attentata si altiore indagine non requirunt, sed notoria sunt, vel incontinenti probari possunt, nec libellus, nec liris cõtestatio requiritur, sed de plano, implorato ad hoc iudicis officio mercenario, proceditur.
- 98 Appellatio extrajudicialis non praterita, sed futura respicit. & num. 99.
- 100 Magistratus in causa quasi propria quando iudicare possunt.
- 101 Princeps pœnam non sibi, sed sisco inferendam diiudicando, non tanquam in propria causa, sed in aliena iudicare censetur.
- 102 Nemo in propria causa iudicare potest, quod ipsa naturalis ratio docet, quod extenditur. numer. 103. 104. & 105.
- 106 Qualitates sine accidentia probari nequeunt, nisi prius probata substantia. Ratio eius.
- 107 Magistratus quilibet potest quid dupliciter facere.
- 108 Magistratus sibi illatam iniuriam quando vindicare possit. & quando non. & nu. 109.
- 110 Iudicatum dici non potest ab eo, qui ius dicendi potestatem non habet, quod extenditur. n. 111.
- 112 Citatio si non est clara, sed talis, vt citatus ad defendendum instrui non possit, pro nulla haberi debet. Et hoc tam in civilibus, quam criminalibus. nu. 113.
- 114 Sententia vigore citationis inualida lata, ipso iure quare nulla.
- 115 In citatione vbi est vitium, nunquã tenet processus, in preiudicium absentiu agitatus. & nu. 116.
- 117 Libellus tam in criminalibus, quam civilibus, est de substantia processus. & num. 118.
- 119 Sententia tam in criminalibus quam in civilibus, ex inepto libello lata, ipso iure pro nulla cõsecur.
- 120 Litis contestatio dicitur lapis angularis totius iudicij, ita quidẽ vt omnino omitti non possit.
- 121 Sententia, non precedente causa cognitione lata, ipso iure nulla est.
- 122 Precipitantia dicitur nouerca iustitia.
- 123 Contumax in multam declarari non potest, nisi prius de nouo citeur ad audiendum. &c.
- 124 Actore in criminalibus per contumaciam non comparente, absolutio quidem tantum ab obseruatione iudicij fieri potest.
- 125 Scriptura ad infamiam alicuius pertinens, famosus libellus esse deducitur, &c.
- 126 In actione iniuriarum animus iniuriandi quare considerari debeat.
- 127 Iniuria sine dolo non committitur.
- 128 Testis tota substantia censetur in iuramento.
- 129 Testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit, dicere.
- 130 Testis animosè deponens, nullam fidem meretur.
- 131 Testi affirmanti, quod verè scire non potuit, non est credendum.
- 132 Familiaris pro familiari, domesticus pro domestico, testificans suspectus est.
- 133 Propter inimicitiam Domini, eius officiales quare suspecti reddantur, & nu. 134. 135.
- 136 Testimonium de auditu non est proprium testimonium.

IN causa appellationis inter N.A. & Consortes, Appellantes, ab vna, contra G. & Consortes, Appellatos, ab altera partibus, tria capita principalia constituenta & examinanda sunt quorum primum erit de deuolutione & formalibus, secundum de attentatis; tertium de materialibus appellationis.

Circa formalia nostræ appellationis primo omnium considerandum erit, vtrum causa eiusmodi sit, vt ad iudicium Cameræ per interpositam appellationem deuolui potuerit, & tum secundo loco, si constiterit, causam esse deuolubilem, vtrum cætera formalia appellationis interuenerint.

De priori an videl. appellatio fuerit deuoluta, videndum. Ad cuius faciliorem expeditio- nẽ regula constituenda est permissiua, qua ab omni sententiã definitiua permissum est appellare, nisi contrarium expresse in iure decisum repertiatur, gl. & ibi Bart. in l. qui restituere. in verb. sententia. ff. de rei vendic. l. & in maiorib. C. de appell.

Hanc autem nostram sententiã definitiuam esse, ex eo conuincitur, quod totum negotium principale, tam condemnatione respectu partiũ, quã absolute in personis Appellatorum

definiuit. His enim notis sententiam definitiuam ab interlocutoriis & aliis discerni ostendit *Marant. in Spec. part. 6 Franc. Marc. in decis. Delphin. decis. 388.* textus est in l. 1. ff. de re iudic. late *Guid. Pap. cons. 66. 67. 77. & cons. 154.*

Cum autem ex actis appareat, Appellatos contra nostram appellationem plures exceptiones non factae deuolutionis, contra d. regulam in Camera proposuisse, videndum erit, vtrum sint releuantes, & sic deuolutionem impediunt?

Exceptiones, quae opponuntur, in his potissimum consistunt. Primo: quod causa sit criminalis. Secundo: quod appellatio à delicto notorio sit facta. Tertio: quod sententia in notorie contumaces prolata sit. Quarto: quod neque sententia verbatenus instrumento appellationis, neque grauamina in specie inserta sunt. De singulis itaque disquirendum erit.

Quoad primum, in confesso est, appellationem in criminalibus & ex notoria Germaniae consuetudine non permitti. *Myns. obs. cent. 4. obs. 41. & cent. 2. obs. 98. Gail. pract. obseru. lib. 1. obs. 1. additio ad VVurmsfer. sub tit. de appell. cap. 20.*

Si igitur probatum fuerit, causam hanc esse criminalem, etiam appellationem impermissam esse non improbabiler dicitur.

Quod sit criminalis, ex eo probatur, quod poena & fisco per sententiam applicata sit. Nam quotiescunque ad publicam vindictam, & ad poenam fisco applicandam, agitur, iudicium criminale institutum esse, ex communi Doctorum recepta opinione probat *Marant. in Spec. part. 4. n. 3.*

Quod hoc casu magis dicendum videtur, quod crimina, quorum Appellantes rei peraguntur, admodum sunt enormia, adeoque generalia, certam & ordinariam poenam de iure constitutam habentia, quo casu appellationem impermissam esse, probat *textus & ibi Bart. & Dd. in l. si qua poena. & in l. aliud frans ff. de verb. sig.*

Quod autem certam poenam, eamque corporalem de iure constitutam habent, patet ex ipsa praesentia sententia: condemnatio enim ob sequentia delicta facta esse conspicitur. Primo: quod Appellantes Notarium, è manibus officialis exemptum, in alienum territorium traduxerint. Secundo: *Dass sie den Landtag getrennet.* Tertio: Quod conuenticula habuerint, tum etiam quanto, quod Principem atrocissimis iniuriis affecerint.

Primum delictum poenam certam, eamque corporalem habere probatur, ex *textu. l. cuiuscunque. ff. ad l. Iul. maiestat. Iul. Clar. pract. crim. §. fin. q. 68. vbi communem dicit.*

Secundum delictum in effectu nihil aliud esse videtur, quam seditio, quae est quasi seorsum initio, ut docet *gloss. in rubr. C. de sedit. Ioan. And. in c. docet. de imm. in Eccl. Brun. de sedit. c. 1. lib. 1. Boer. in eodem tract. §. 2. praesuppositi. quae poena l. Corn. de sicarius coarctetur. l. 3. §. alio ff. ad l. Corn. de sicar. l. 2. C. de seditios. & probat. Brun. lib. 5. c. 1.*

Idem est iudicium de conuenticulis, quippe quod illa non solum atrox delictum importent, sed etiam poenam, nunc mortis, ut in l. denuncia-mus. C. de SS. Eccl. nunc autem poenam pecuniariam vnus librae, ut in §. conuenticula. de pace iurament. firm. constitutam habeant.

Quod de iniuriis Principi illatis infertur, non minus est punibile, cum huiusmodi iniurias & grauissima poena, eaque corporali, coerceri posse probat *Marant. in Spec. part. 4. Iul. Clar. q. 83. n. 1. Gomez. variar. resolut. Tomo 3. tit. de iniur.*

Et his quidem casibus & non solum de iure communi, sed etiam, & multo magis, constitutionibus Imperii, appellatio prohibita est, tit. 28. §. Item nach dem 2. part. Ordinat. vbi appellationes in criminalibus, in *Sachen / die desstraff auff sich tragen / in Camerali iudicio recipi omnino vetantur.*

Nec referre videtur, si Princeps ex gratia corporalem poenam in pecuniariam commutasset, quo & ipso casu in multis, etiam pecuniariis & que ac in aliis poenis corporis afflictivis appellationi locum non relinquit, refert ex Dominorum Cameralium determinatione *Myns. d. obs. 41. cent. 4.*

Nec id immerito quidem, quod istae multae succedant in locum poenae corporalis, & hinc idem utrobique ius statuendum sit, ex vulgato iuris axiomate, quo dicitur, surrogatum & la-pere naturam eius, cui surrogatur, & cum eo eodem iure censeri, late *Nicol. Euerh. in loco à vi surrogat. per tot. late Gabr. Roma. commu. conclus. lib. 6. conclus. 2. Et haec sunt argumenta, quae in prima exceptione opponuntur.*

Secunda exceptio notorietatis non minus ponderis habere videtur: nam in eo fere omnes scribentes conueniunt, in notorio appellationem & impermissam esse, *Alb. in c. super his. de poenis. alleg. Innoc. in c. ex parte. de verb. signif. idem Abbas in c. ad nostram. cl. 3. de iureiur. textus in c. consult. vbi Dec. de appellat.*

Eth autem ad confirmationem huius exceptionis nihil omnino ex aduerso in medium adferatur: tamen cum haec exceptio iurisdictionem Camerae Imperialis continere videatur, cuius nullitatem & Iudex ex officio, parte etiam non opponente, attendere debet, ut not. *Gail. lib. 1. obs. 123. num. 2.* Igitur non abs re futurum erit, ea quae ad stabilendam dictam exceptionem ex actis adduci possunt, breuiter hoc loco adscribere.

Si enim acta inspiciantur, apparet ex iis, ob quatuor delicta Appellantes condemnatos fuisse. Primo, quod Notarium, ex manibus officialis Principis exemptum, in alienum territorium traduxerint. Secundo, *Dass sie den Landtag getrennet haben.* Tertio, quod prohibita conuenticula habuerint. Et demum, quod atrocissimis iniuriis Principem affecerint, cum annexa asseritione, quod haec omnia notoria sint. Videatur sententia protocollo inserta, num. 29.

Quod

Quod autem delicta, quorum gratia condemnatio facta est, in notorium transferint, probari posse videtur. Primo ex propria confessione. Nam quod Appellantes Cancellarium & Officiales impedierint, quo minus Notarius comprehenderetur, hoc ipsum, prout etiam translatione eiusdem Notarii in alienum territorium, Appellantes ipsi in literis ad Principem sub Dato 31. Mensis Octobris, liquido sunt confessati, quam confessionem postmodum in literis ad Principem datis, sub n. 16. in instructione 27. Febr. anno 96. in cancellaria producta, nu. 25. notata, reiterarunt, & in eadem etiam persistere conspiciuntur.

Ex confessione autem notorium induci, & probari non ambigitur, ut per multas auctoritates probat post alios Mascard. de probat. concl. 1106.

Et hoc tanto magis, quod confessio non solum in iudicio emanavit (quod tamen sufficeret) sed etiam, ut dictum est, extra iudicium ex intervallo subinde geminata est. Quod enim confessio, et etiam extra iudicium facta, vim iudicialis confessionis habeat, probat Gabr. Rom. com. conclus. lib. 1. de confess. lib. 3. concl. 3. Nicol. Everhard. in loco a vi geminat. adeo quidem, ut prout erroris non possit reuocari, ut ibi per eos.

Maxime si confessio in Epistola et qualis haec est, fiat. Licet enim confessio in absentia partis, si non acceptetur, facta non probet, Gabr. loc. proxime allegat. Secus tamen est in confessione per Epistolam explicata.

Haec enim et si Epistola reddita sit, contra scribentem plene & sufficienter probat & praedicit, arg. l. public. ff. de pos. & in l. Titius. ff. de constit.

Quamvis autem videri posset, ex hac confessione non omnino expeditum esse, das der Notarius in illustrissimi Hande verstrickt gewesen / eius tamen veritas, vel potius notorietas probari videtur.

Primo ex depositionibus duorum testium N. N. qui unanimiter in scriptis suis affirmant, das der Amptmann den Notarium in Illustrissimi Hande verstrickt gehabt habe / ut ibi latius videre est. aus ihrem Bericht schreiben / sub n. 15. 16. 17.

Secundo affirmant idem omnes illi de nobilitate, quos Princeps in Mense Decemb. anno 96. super hoc facto pro informatione in Cancellaria examinavit, praesertim autem illi, qui ipsi in conventu provinciali, auf dem Landtag zu N. praesto fuerunt, & omnia facta oculis suis viderunt. Illi enim omnes vno quasi ore testantur, Appellantes Notarium ex manibus Officialis, cui comprehensio a Cancellario demandata fuit, exemptum in alienum territorium traduxisse.

De quorum sane fide nequaquam dubitandum erit, tum quod plerique sint nobiles spe-

ctata probitatis, aliqui etiam in magna dignitate constituti, & ita omni exceptione maiores, quorum depositionibus omnino nihil obici posse, non est dubium; cum nedum tot egregiorum virorum, sed in ore duorum omne testimonium & veritas consistat, l. vbi numerus, ff. de testib.

Et in terminis, quod notorium et etiam duobus testibus probetur, tenet gl. in c. Deus omnipotens. §. quando autem. vers. iudicis. 2. q. 1. Spec. in rubr. de not. crim. n. 9. Sal. in l. ea quidem. n. 82. Rota. dec. 228. Iul. Clar. §. fin. q. 9. ver. quaro nunc. Masc. d. concl. 1109.

Nec obstare potest, si obiiciatur, quod deposuerint iniurati, extra iudicium, parte ad hoc non citata nec monita. Respondetur enim, Iudicem et super notorio testes recipientem posse de simplici & plano, parte non monita, nec testibus iuratis, idque in cubiculo suo, procedere. Bened. Capta. com. opin. in verb. notorium. 6. Mil. in re. pert. vers. notorium quotiescumque, negatur. Ceph. conf. 108. num. 27. lib. 1. Rom. & Las. in l. admonendi. ff. de iureiur.

Tertio probari posse videtur captura Notarii facta ex protocollo, auf dem Landtag zu N. gehalten / sub n. 8. vbi affirmatur, das der Notarius von dem Amptmann W. in des Fürsten Hande verstrickt gewesen / quam probationem per acta iudicialia factam, euidentem & notoriam esse, probatum est.

Die Trennung des Landtags betreffend / ea non solum ex praecedentibus inferitur: sed etiam ex protocollo auf dem Landtag zu N. gehalten / quod ad acta sub num. 8. relatam est, probatur. Nam ex d. protocollo patet, nobilitate in medio tractatu illicitam, & contra voluntatem consiliariorum tumultuarie secessisse.

Et quia id ex actis iudicialibus appareat, adeoque illi ipsi Appellantes hoc confiteantur, ulteriori demonstratione non est opus, cum acta & confessionem notorium constituere supra, quoad confessionem, probatum est, & postea quoad acta, ostendatur.

Idem est iudicium de conuenticulis: quod enim Appellantes cum consilibus & Senatoribus ciuitatis. R. facta secessione se congregarunt, non minus ex actis conspicuum est, & probatur ex testimoniis Doctoris W. cuius testimonia ad acta relata sunt. Huius in peculiari scripto, sub n. 17. illius vero in resolutione praetatorum, sub n. 18.

De iniuriis Principi illatis quod adducitur, non minus ex actis constat: in literis enim saepe nominatis, ad Principem 31. Octobr. missis, primo diffamarunt Cancellarium, & alios consiliarios, & quod contra ius naturale, gentium, scriptum, & constitutiones Imperii Notarium comprehendere, & in vincula conicere voluerint, tum quod Status Ducatus N. opprimere, vnd zum Fußschemel machen wollen. Item, quod multos innocentes ex nobilitate incar-

cerari procurarint. Item dissoluere vinculum amoris inter Principē & Status moliantur, & hæc omnia ex cupiditate nocendi, & priuatis affectibus, tū etiam q̄ causam ad Imperatorem deferre nobilitas comminata fuerat, & si quæ sunt huius generis plura. Quæ obiectioes cum ad summā infamiam Cancellarii & aliorū consiliatorum spectent, certe atrocissimas iniurias important, vt tradit *Bart. in l. eum qui nolentem ait prator. ff. ad l. Corn. de iniuriis. Rom. cons. 378. Miles in rept. in verb. iniuria.*

- 14 Atqui Cōsiliarii ¶ pars Corporis ipsius Principis esse dicuntur, *l. quisquis in pr. C. ad l. Iul. maieft. Lucas de Penna in l. nihil. C. de Palatinis Sacrar. largit. Cacher. in decis. Pedemont decis. n. 1. & dicuntur ¶ inhæreere Principi, sicut stellæ firmamento cœli, Hier. Gig. de crim. læsa maieft. q. 14. Et hinc iniuria illata consiliariis, ipsi Principi illata esse censetur, *Chassan. in consuetud. Burgund. Rubr. 1. des Indices. §. 7. n. 12. præsertim hoc casu, quo ista iniuria ipsis in officio, sibi à Principe demandato, & respectu illius Principis illata sit, Hier. Gig. d. q. 14. Rol. à Valle cons. 48. lib. 1. Et has quidem iniurias ex d. c. t. literis, vt quæ à scribentibus agnitæ sunt, notorias esse, constitutissimum est, vt in causa non ab simili tradit, *Gail. obs. 39. lib. 1. vbi secundum id in Camera iudicatum esse testatur.***

- Tandem etiam notorietas ista probari posse videtur ex ipsa sententia, in qua diserte asseritur, sæpe dicta delicta notoria esse. Quippe quod non controuersi sit iuris, pro ¶ sententia iudicis præsumi, eamq; ex iusta & vera causa latam censeri, *cap. cum inter c. sicuti. de re iudic. & ibi Canonist. de elect. Vantius de nullitate ex defectu processus ord. num. 39.*

Et in specie, quod Iudici, quando procedit ex officio, notorium esse asserēci credatur, probat, *Spec. in terminis notorij, in tit. de delict. nor. §. de notorio n. 17. quem refert Butr. in tit. notorij. art. 4. n. 133. Aegid. Bos. in d. tit. quomodo in not. crim. proced. Exceptione & tantum de secunda.*

Tertia exceptio contra deuolutionem opposita, non minus releuans esse videtur. Nam si hoc obtinuerint Appellati, quod sententia in vere contumaces lata est, Appellantes certè à beneficio appellationis omnino excludendi forent, *text. gl. & Dd. maximè Paul. de Castro in l. sciendum. ff. de iud. & in l. 1. quor. appellat.*

- Contumaciam autem sufficienter probatam esse, videtur apparere ex ipsis actis. Primo ex sententia, in qua diserte dicitur, sententiam in contumaciam latam esse, sed pro Iudicis sententia, donec ¶ contrarium probetur, præsumi non est dubium, *c. presentium. 7. q. 1.*

- Secundo ex citatione, ex qua patet edictum esse peremptorium. Tertio per relationē Notarii, quæ testatur citationem legitime Appellantibus insinuatam esse, & sic ad notitiā eorum ¶ peruenisse, cuius Notariū ¶ relationi creditur,

nisi ex aduerso validæ afferantur probationes, *Innoc. in c. quoniā contra. de probat. Gail. obs. 54. lib. 1.*

Quarto, quod Appellantes neque per se, neque per Procuratorem comparuerint. Et quia hæc omnia ex actis elucent, vltiori demonstratione non est opus. Acta enim ¶ rem certam & indubitam, adeoque notorium inducere, probat post alios *Gail. obs. 31. 131. & 134. lib. 1.* Atqui contumax ¶ is dicitur, qui fuit citatus personaliter, vel ad domum, & citatio venit ad eius notitiā, & tamen non venit, *Marant. in Specul. part. 4. memb. 2.*

Nec referre videtur, quod miserunt Procuratorem: in criminalibus ¶ enim Procurator, ex parte Reorum præsertim, non potest interuenire, sed citatus corporaliter se sistere debet, *Gail. de pace publ. lib. 1. obs. 10.*

Nam quodocunque quis ad corporaliter sistendum citatur, non sufficit mittere Procuratorem, sed debet ¶ citatus nuntium mittere, qui excusationes proponat, quare in persona cōparere impeditus fuerit, *Marian. Soc. tr. citat. q. 15. art. 20. prin. Aegid. Bos. in tit. an quis in crimin. pro absent. inter. possit. per text. in cap. 1. de iud. lib. 6.* Acta vero ostendunt, citationem ad hunc effectum, vt se personaliter sistere debeant, emanasse. Ergo.

Posito autem, quod Procurator admitti potuerit, tamen quia ex actis apparet, d. Procuratorem nullum, vel certe insufficiens mandatum produxisse, certe non potuit illa Procuratoris missio à contumacia, etiam si plenum & absolutum mandatum habuisset, releuare, *iuxta not. per Alex. in l. properandum. §. si autem Reus. & §. si quidem. nu. 10. C. de iud. Card. in clem. 1. num. 4. in princ. de dol. & contum.*

Quarta exceptio in eo consistit, quod neq; sententia verbotenus, neque grauamina Schemulæ appellationis in specie sunt inserta, hoc subiuncto, quod vel eo ipso appellatio in formalibus deficiat, & sic viribus non subsistat, cum forma ¶ omissa omnia corruiant, *text. in l. cum hi §. si prator. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibendum. Gail. obs. 119. lib. 1.*

Hæc sunt, in quibus Appellatorum exceptiones circa deuolutionem & formalia versantur.

Quibus tamen omnibus, licet nō parui momenti cuiquam videri possent, non obstantibus, sicuti reuera non obstant, à regula supra constituta recedendū esse non puto. Versamur enim in multis, quas nec *Socin. in suis fallent. reg. 24. nec Spec. tit. de appellat. §. 2.* (in quibus omnes casus, quibus appellatio impermissa est, recensent) ad casus exceptos referunt. Ergo sequitur, quod maneat sub regula, à sufficienti partium enumeratione, quod argumentum in iure fortissimum esse probat. *Bald. in l. conuenticula. Cod. de Episc. & cleric. Nicol. Euerhard. in loco, à sufficienti partium enumeratione.*

Et quod à multis de iure communi licite appellat.

appelletur, probat *textus*, vbi *Dd.* & *Alciatus* in *l. si qua pœna*, ff. de verb. & rer. significat. l. & in multis, C. de appellat. cap. super his, de accusat. gloss. super verb. arbitrium, & in cap. quæmuis, de appellat. in vltim. gl. *Nellus tract. de Bannit. quarta parte, primi temporis, cap. 1. Facult. Iurid. Lipsens inter consil. diuers. IC. Germania, cons. 36. in penult. n.*

Et hoc frequentiori calculo obtinuisse restatur *Mynsing. obser. 43. cent. 3.* in causa *Senatus Colonienf. contra Stægen / pri. n.æ appellati. nis, 8. Aprilis Ann. 52. relata.* Et in causa *Duffon contra Kupper. vbi 30. Ianuarii Anno 1538.* ita iudicatum esse dicit.

Difficultas in eo consistit, vtrum pecunia, qua mulctati sunt Appellantes, ad mulctam, an vero ad pœnam ordinariam (à qua appellari non potest, *d. l. si qua pœna.*) referri debeat.

Et omittis superfluis, dicendum, ad mulctam pertinere, vt probatur ex definitione mulctæ, quam *Sebast. Medic. in tractat. definitionum, in definitione mulctæ*, † dicit esse peccati animaduersionem pecuniariam, arbitrio Iudicis statuentiam, pecuniariam (vt ipse declarat) ad differentiam coercitionis corporalis, arbitrio Iudicis statuentiam.

Et hæc definitio fundatur in *l. aliud fraus*, & in *l. si qua pœna*, ff. de V. S. *Prætica Papiens. in forma inquisitionis, §. debita forma iuris, num. 2. Za.* in *l. vicia, num. 3. ff. si quis ius dicenti non obtemper.* vbi pœnam à mulctâ disterre iquit, quod pœna † est certior, & ordinaria, quæ collinat ad leges & consuetudines, sed mulctâ volitat extra ordinem, est arbitraria Iudici. *Alciat. in d. l. aliud*, & in *d. l. si qua pœna, vbi exquisitissime rem prosequitur.*

†7 Certæ, inquit, pœnæ † singulorum peccatorum sunt, ac mulctâ incerta est, & ex arbitrio iudicantis pœdet, vbi cunque igitur delictum speciale est, & certam pecuniæ taxationem nō habet in vltionem, ibi propriè mulctâ est, vt si quis contumax fuerit, coram tribunali aliquid litereuenter egerit, prætorem contumeliosè compellauerit, & si quæ sunt similia, quæ commune aliquod nomen non habent, sed †8 specialiter designantur. Et habet mulctâ † à pœna etiam hoc singulare, quod mulctâ semper fisco, pœna autem quandoque etiam parti applicetur, *text. & Dd. supra relati.*

Sed ita est, quod pœna nostro casu, & pecuniaria, & fisco applicanda destinata est, vt patet ex ipsa sententia, super qua imponēda nusquam in iure certa quædam & limitata taxatio in vltionem facta esse reperitur, nec peccata, ob quæ imposta esse prætenduntur, commune aliquod nomen habent, sed specialiter designantur, vt postea in resolutione contrariorum demonstrabitur. Ergo.

Cæterum posito, pœnam certam prætenfis delictis, in iure constitutam esse: tamen ex alio capite appellatio sustineretur.

Afferunt enim Appellantes, se innoxios esse delictorum, quæ illis imputantur. Quo casu etiam in pœna appellationem admitti, probat eleganter *Alciat. in d. l. si qua pœna, vbi vult*, quod si quis † eo prætextu à pœna appellaret, 29 quod innoxium se diceret, vel quod ex lege huiusmodi pœna affici non posset, dubium non sit, quin admittendus foret. *Iurid. Facultas Lips. vbi supra.*

Non enim hoc casu de legis iniustitia, sed de iudicantis facto disceptaretur, vt in manifesto vsurario videre est. Is enim † tametsi 30 appellare prohibeatur, si tamen asserat, se tantum fœnotis non extorsisse, inque quantitatis modo prægrauari, prouocationi locum esse statuit. Et id *Iacobum & Albertum* probare dicit. *Sequitur facultas Iuridica Lips. in d. consilio 36. penult. quest. & idem sentit Bartol. in d. l. si qua pœna.*

Et certè, quod etiam eo casu, quo in pronuntiatione Iudicis declarantis aliquem in pœnam legis incidisse, licitè appelletur, manifestissime probatur ex *cap. cupientes*, & ibi *gloss. §. si quis, per tot. de elect. lib. 6. Ludouic. Roman. in sing. 2. 7. & ibi Gabr. Sinar. addit. Guid. Pap. tractat. de appellat. num. 100. Panorm. in cap. peruenit, de appellat. Cardin. Alexand. in c. ad nostram, & cap. ad audientiam, eodem tit. Nellus tractat. de Bannit. quarta parte, quarti temporis, c. 1. Hieron. Marsi. tract. attentatorum part. 10. n. 17. Henric. Bottens Brix. de Sinod. Episc. conclus. 13. nu. 115. Alciat. in d. l. si qua pœna. Iurid. Facult. Lips. vbi supra, vbi rationem diuersitatis assignant.*

Quibus accedat Ordinatio Camerae, tit. 28. §. *Item nach dem / part. 2.* vbi appellationes causarum criminalium tum demum, quando sunt corporales, † vel, vt verbis *textus* vtamur: 31 *Want sie Leibsstraaf auff ihn tragen / in Camera recipi verantur.*

Probatio itaque, *dass diese Sache kein Leibsstraaf auff ihn tragen* vtique & hoc probatum exiit, appellationi locum esse, prout multis astruit *Ludolph. Schraderus consilio 40. numero 29. versicul. virum autem, cum plurimis seqq. tomo 1. variorum IC. Germania.* Et probari potest etiã tum argumento † à contrario sensu, quod in iure 32 fortissimum est. *Nicol. Kuerhard. in loco à contrario sensu*, hoc modo inducendo, nimirum, causas corporales, vel, *die Leibsstraaf auff ihn tragen / sollen in Camera per viam appellationis nicht angenommen werden.* Ergo à contrario sensu, causæ non corporales, vnd *die nicht Leibsstraaf auff ihn tragen / admittendæ erunt.* Tum etiam eo, quod vt constitutioni locus sit, omnes eius qualitates interuenire debent. *Ioan. Andr. in cap. 1. de homicid. in 6. Iul. Clar. pract. crimin. q. 86. vers. vbi agitur.*

Causas autem, de quibus in præfenti casu, non esse corporales, in resolutione contrariorum probabitur.

Ad primum igitur contrariorum descen-
dendo, quod nimirum in causis criminalibus
appellatio impermissa sit. Respondetur, id nō
33 esse simpliciter verum, † sed ad eas causas, die
Leibstraaf auff jhn haben/ restringi, vt ex ordi-
natione & præiudiciis Camera paulo ante de-
monstratum est.

Quod autem Appellâtes ex causis, die Leib-
straaf auff jhn tragen/ vel quæ crtam & ordi-
nariam pœnam de iure constitutam habent,
condemnati sunt, nusquam est in actis proba-
tum. Quin potius ex iisdem apparet, nullum
delictum, quod pœnam mereatur, cōmissum
34 esse. Ergo cum substantia † deficiat, frustra de
qualitate quæritur. Bald. in l. omnium, C. de testam.
& in cons. 131. lib. 1. Dec. in l. eius qui, §. quod si stipula-
tus, ff. si cert. pet.

Cancellarius quidem in suo scripto politi-
co, vt vocat, 17. Februar. producto, & ad acta
sub num. 27. relato p̄tendit, capturam Nota-
rii ob id licitè, & optimo iure demandari po-
potuisse, quod literas in conuentibus prouin-
cialibus exhibuerit, quibus tributū Cæsari de-
negaretur. Item quod ciuitatis R. contumaciæ
& rebellioni, qua se ab obedientia & iuri di-
citione Principis subtrahendo, ad conuentus
prouinciales venire detrectârit, patrocinari
vouerit. Quippe, quod istiusmodi crimina ad-
eò sint enormia, vt nedum ipsi rebelles ob ea
grauissime puniri: sed etiam eorum procura-
tores & satellites eadem pœnæ seueritate co-
erceri possint.

Quæ etsi ita plausibiliter ab eo dicantur, nō
tamen obstare puto. Certum est enim, & ex ac-
tis notoriè elucet, tam Cancellarium, quam
Officiale de facto, nulla præcedente cogni-
tione contra non auditum, nec confessum, nec
conuictum processisse, licite ergo ei resisti po-
tuit, vt probat textus in l. omnēs, C. de decurion. lib. 10.
text. in auth. quoniam oportet Episcop. colum. 2. l. fa-
cultas, l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10. l. donatum,
C. de met. all. lib. 12. & in l. penult. de excut. & exact.
eodem libro, & vtrobique per Bart. in l. quoniam iudi-
ces, & quod ibi not. Dd. C. de appellat. gloss. in cap. ex li-
teris, vbi Felin. Hippol. de Marsil. in l. edituum, num. 3.
de quæst. Grammat. in not. 1. num. 15. & numer. 10. 32.
num. 24. Diaz. in pract. crim. c. 95. plenissimè Maran-
ta disput. 1. Quæ opinio licet indistincte non
possit procedere, vt vult Iul. Clar. lib. 5. recept. sen-
tent. §. fin. quæst. 29. In eo tamen conueniunt om-
nes Officiali, si vel iniuste, vel extra officium
procederet, licite resisti.

In primo casu, si iniuste procederet, tenent
hanc conclusionem, Dyn. in cap. quod mandato, de
regul. iur. lib. 6. Bartol. in d. prohibitum, in 2. & 3. no-
tabil. Speculat. in titul. de citatione, §. sequitur. & est
textus in l. contra præcepta nostra, C. de execut. lib. 12.
& ibi in terminis Bald. & Platea, & idem Bald. l. 1. §.
idem Offilius, ff. ne quis eum. Alex. cons. 144. n. 2. lib. 2.
Paul. de Castr. in l. vt vim, ff. de iustitia & iure, Chas-

san. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 7. num. 5. Philip.
Franc. in c. si quando, de offic. deleg. Mars. in l. 4. in prin.
nu. 68. ff. ad l. Cornel. de sicut. & in pract. §. diligenter,
nu. 51. cum seq. & in l. 1. in princ. colum. 6. ad fin. ff. de
quæst. Placa loco supra allegato.

In secundo casu, si procedat extra officium,
hoc tenet Innocent. per illum textum in d. ca. dilecto
de sentent. excommun. lib. 6. & probatur per textum
in l. deuotum, C. de Met. lib. 12. vbi post Bartol. Ioan.
de Platea dicit. Officiali, † si excedat contra Of-
ficium, etiam à priuato propria auctoritate res-
35 sisti posse. Ratio est, quod hoc casu Index vel
Officialis censeatur vt priuatus, l. fin. ff. de iuris-
dict. omnium iud. l. fin. de offic. præf. vrb. Et hanc
conclusionem, dicit Bolen. in l. capitalium, §. fa-
mosos, numer. 134. ff. de pœnis, sequitur Iulius Clar. d.
quæst. 29.

Restat itaque videre, iuste an iniuste Can-
cellarius processerit: ad cuius probationem
præmittendum erit, iuris esse indubitati, quod
in omnibus pœnis & iudiciis criminalibus,
antequam ad capturam, vel etiam inquisitio-
nem procedi possit, in primis & ante omnia
constare debeat delictum illud, de quo agitur,
vere & realiter esse commissum. Plor. cons. arim.
132. num. 22. tom. consil. crimin. text. & Dd. in l. 1. §.
item illud, vbi Bartol. Alberic. Bald. & alii, ff. ad
Syllan.

Nam quando lex, statutum, vel dispositio se
fundat in aliquo subiecto vel qualitate, prius
& ante omnia debet de illo constare, latissime
Gomez. var. resol. lib. 3. c. 8. de captur. Recor. Cato cons.
99. nu. 2. vol. 2. consil. criminal.

Sed quia Cancellarius se in eo fundat, vide-
licet, Notarium ob id merito comprehendi
potuisse, quod Imperatori se opposuerit, quod
contra collectas Imperii protestari vouerit, &
eo ipso cōtra iuramentum suum venerit. Cer-
te necesse erat de his omnibus in primis, ante-
quam comprehenderetur, constare, vt præter
supra allegata iura tenet Gandinus in tit. de pra-
sumpt. colum. 3. vbi dicit, quod non constituto de
delicto, quicquid superædificatur, nullum est.
Ægid. Boss. in tit. 1. de delicto, nu. 53.

Sed quomodo constare potuit Cancellario
& aliis, de dictis delictis? Cum acta ipsa
manifestissime ostendant, nec ipsum, nec alios
sibi coniunctos de commissione Notarii, &
quid in mandatis haberet, tempore manda-
tæ capturæ, vllam cognitionem habuisse; pro-
pterea, quod literæ commissionis, nedum le-
ctæ vel resignatæ, sed ne quidem Cancellario,
aut alii consiliariorum redditæ sunt, quod acta
multis in locis ostendunt.

Imo nō solum literæ nec lectæ, nec resignatæ,
nec traditæ sunt. Sed Cancellarius etiam
Notarium, tenorem commissionis, & desidera-
ria sua exponere volentem, nō admisit, sed
statim in præfatione honoris, cum ista verba, Ed-
le/ Geseffenge/ Ehrveste vñ Hochgelehrte/ or-
tulisset,

tulisset, comprehendi, & in carcerem detrudi mandavit, vt & ipse Ioannes N. in seinem vnrüchigen Berichtschreiben / so den A&is sub nu. 27. beygelegt ist / id ipsum confiteatur.

Eo itaq; & præsupposito, & probato, quod de maleficio non constiterit, sequitur necessario, Cancellarium iniuste ad capturam processisse, & per consequens eidem impunè resisti potuisse.

Quod ipsum & secundo confirmatur ex eo, quod in hoc Ducatu ab antiquo inuisibiliter obseruatum sit, vt status ipsi, vel extranei, etiam scripta sua in prouincialibus conuentibus exhibere soleant, quibus vel promotoriales petunt, vel se excusant, vel etiam grauamina vt vel tollantur, vel mitigentur, proponunt, prout in omnibus cõuentibus huiusmodi scripta solènt exhiberi, vt literarum nobilitatis, sub dato 31. Octob. Principi exhibitæ ostendunt.

Cuiusmodi literarum, etiam si per se plenam probationem non facerent: tamen quia Princeps contentis illarum, quoad hoc non cõtradixit, neque cõtra ea protestatus est, cõsequens est, & tacite approbata censerent, per text. in l. si filiusfamilias, vbi Bart. ff. ad Macedon. Matheff. & ibi Gabr. Sarain. sing. 2. 2. incipit, Nota mirabilem, per Clem. 1. de Procurat. Bald. in l. si Procurator absentis, ff. eo. Hip. pol. Marf. in pract. crim. §. diligenter, nu. 137. & 138. Gabr. Roman. comm. opin. lib. 1. de probat. conclus. 2. vbi plurimos allegat.

Et hanc quidem exhibitionem literarum, grauaminumq; propositionem non solum in Ducatu R. sed etiã passim in Imperio, imò etiam in ipsis Comitibus Imperii permissum esse, omnes norunt. Cum igitur Notarius per exhibitionem literarum vtrique nihil illiciti, sed omnino liciti, & quod consuetam est, explicat, certè pœnam nullam potuit mereri, d. l. Grachus, C. ad l. Iul. de adult.

Idq; tertio vel tanto magis, quod quandoque actus non est absolute de genere prohibitorum, sed indifferens, ita vt aliquo modo permissus, alio vero modo impermissus esse, delictumq; importare possit, ita semper in dubio interpretandus sit, vt ad licitum & exclusionem delicti trahatur. Bart. in l. non solum, §. sed vt probare, nu. 7. de i. o. i. oper. nunt. vbi Alex. & Ias. Hip. pol. Marf. in rubr. ff. de fide iuss. Gabr. Roma. comm. conclus. lib. 7. de malisfic. conl. 2.

Et ob eam rationem, quod si semper in dubio ita actus interpretari debet, vt delictum excludatur, l. merito, ff. pro Socio. Boer. decis. 215. nu. 22. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. Aymon. Craue. conf. 18. lib. 1. Marf. ad l. 1. C. ad l. Corn. de fidei. 18.

Constato igitur, actum exhibitionis literarum non esse de genere prohibitorum, sequitur, quod etiam in casu, quo literarum aliquid illiciti continuissent, in dubio (cum non sint lectæ, nec resignatæ, nec ideo contenta illarum sciri poterunt) trahendæ sunt ad casum licitum, &

ita interpretandæ, vt rebellio & alia delicta excludantur.

Huc & quarto accedat, quod illa ipsa ciuitas K. eodem tempore etiam ad status prouinciales literas dedit, quibus nec tributum denegatio, nec subtractio ab obedientia & Iurisdictione Principis vel aliud quippiam illiciti significabatur, sed tantum grauamina tolli petebatur, vt hoc tota nobilitas literis suis ad Principem sub dato 31. Octob. missis testata est. Non itaque in dubio præsumendum, literas circa idem & eodem tempore ad Principem datas contrarium eius voluisse, tum quod nemo vno & eodem tempore circa idem contrarios actus explicare censeatur, tum etiam, quod actus vel scriptura recipiat interpretationem à verbis, in alio actu vel scriptura contentis. l. v. xori, §. fin. Bartol. ff. de legat. 1. Alexand. consilio 69. volum. 6.

Cæterum Cancellarius non solum iniuste, verum etiam & secundo extra officium processit, eo ipso, quod absque vlla causæ cognitione capturam mandauit. Quippe, quod Iudex extra officium procedere dicitur, quando nulla causæ cognitione adhibita procedit. Dec. in l. factum, ff. de regul. iur. Marf. sing. 195. Anchoran. conf. 248. nu. 2. adeoque priuatus reputatur. Fel. in c. dilectus, nu. 4. de rescrip. & in c. cum causam, n. 1. & 2. de offic. deleg. & consequenter ei impunè non pareatur, sed resisti possit, vt præter supra allegata iura probat Chassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 7. nu. 12. secundo limit.

Quod autem hic absque vlla causæ cognitione processum sit, apparet ex actis: cum Cancellarius nec recipere literas, nec etiam tenorem Notarii cõmissionis audire voluerit. Sed eo inaudito capturam mandauit, haud considerans, quod Magistratus officium sit occurrentibus non terga vertere, nec aduersus eos exponentes desideria, opemque implorantes, excandescere, eos in carcerem detrudendo: sed pedem sistere, aures benignas præbere, eosque placidè exaudire debeat, ius & iustitiam impertiendo, ita vt semper aditus supplicati pandatur, l. quoties, 2. C. de precib. Imp. offer.

Facit, quod potestas & commissio consiliariorum ad tractandum cum statibus imperii, collectis colligendis, limitata fuerit. Ergo quod extra limitatam illam iurisdictionem egerunt, tanquam à Magistratu factum non censetur, late Fel. c. cum ordinem, de rescript. Dec. in d. l. factum, ff. de reg. iur.

Tertio, facit ad propositum, quod ex captura, quam Cancellarius moliebatur, non solum ad notarium, sed etiam ad status irreparabile damnum redundaturum erat.

Ad Notarium quidem, ob infamiam facti ex incarceratione prouenientem, vt in terminis astruit Paul. de Leaz. in Clem. 1. de re iud. & in l. 3. §. condemnatum, ff. eodem alleg. Bald. in l. 1. C. de ininteg.

integ. rest. pend. lit. Alex. and. conf. 144. vol. 2. & consil. 17. eod. lib.

Ad status, quod per istiusmodi capturam, quæ in conuentibus prouincialibus moliebatur, eorum libertatem imminutam, eisque licentiam in posterum sua grauamina (quæ Nobilitati præ aliis tribus inferuntur) proponendi ademptum in ante oculos erat, ut inter alias etiam hæc causa nobilitas in dictis literis nominatim adduxit, quo fit relatio.

Cum autem ista libertas & licentia sit res inæstimabilis, atque & argento longè pretiosior, propterea quod statutum in genere, & cuiuslibet privati iura melius, quam per libertatem & licentiam proponendi sua grauamina in conuentibus prouincialibus, facta recta conferuari non possint, quod ipsa experientia hæcenus testata est, conueniens est, & vel hac ratione Cancellario potuisse resisti.

- 42 Nam quod etiam iudici & damnum irrecuperabile inferenti indiligens & resisti possit, decidit *Iul. Clar. d. q. 29. Petr. Dyn. Cyn. & Bald. in l. 1. Cod. unde vi, per l. quantum iudici, & ibi not. & in l. si quis pronocatore, C. de appellat.* Et propter grauamen irreparabile & multa sunt permissa, contra iuris dispositionem, quæ alias sunt prohibita. *Bart. in l. si al. as, §. bellissime, ff. Quod vi aut clam vbi dicit, quod licet nemo & ibi ius dicere possit in causa propria: secus tamen sit, si cui feratur grauamen irreparabile, plene Felin. in c. si quando, de offic. del. g.*

- Et quia vero, ut dictum est, non solum Notarium, sed etiam statuum & Nobilitatis, quibus potissimum libertas patriæ cordi esse debet, principaliter interfuit istam capturam impedire, utriusque non necesse est, hoc loco quærere, an licuerit Nobilitati se huic rei immiscere, cum etiam alia in omnibus casibus, quibus dictum est, aliquid posse resistere officiali, etiam vicini & possint in succurtum venire. *Bartol. in d. l. prohibitum C. de iure fisci, Bald. in l. addit. 25, C. de epis. audient. Andreas Barbat. in d. cap. si quando, & in cap. ex lit. 15, & ibi Panormit. eleganter Claud. de sefello in l. vi. in vim, numer. 41 ff. de instit. & iur. iur. se. ut n. cum Notarius exclamauerit, & libi s. b. u. ni e sup. licet petierit: tum enim ei succurri potest, & debere, tenent *Dd. omnes supra allegari.**

- Quæ cum ita sint, satis probatum esse putem, Cancellarium iniuste & extra suum officium ad capturam properasse, & sic ei resisti potuisse, necessario inferitur. Notarium etiam eandem officialis, si iam captus fuisset (cuius tamen contrarium in resolutione secundæ executionis probabitur) de facto, exim. potuisse. *Iul. Clar. in d. q. 29. vbi communem esse testatur, allegat l. 1. in l. 3. §. ait præter, ff. ne quis eum, qui res. r. & sequitur Aegid. Boss. in tit. de captur. nom. 6. & in tit. de carcer. nu. 25. v. de dici. ut Prouerbio iam 24.*
- 46 Quod quis potest capere condemnatum & ad

mortem, etiam propria auctoritate, & per vim, quando est iniuste condemnatus. *Gl. notab. in c. non inferenda, 23 q. 3.*

Ex quibus omnibus iam luce meridiana clarius elucere puto, factam impeditionem capturæ, de iudicemque; Notarii in locum tutum, imo etiam exemptionem de manibus officialis (si facta fuisset) extra omnem pœnam, tam extraordinariam, quam ordinariam esse, cum nullum subit delictum, & vbi non est & delictum, ibi nec pœnæ locus esse potest.

Ad id, quod de secessione in conuentu prouinciali, ut præ tenditur, facta adducitur, facilis est reponso. Nam nobilitas in literis suis, 31. Octobris ad Principem datis, affirmat totum negotium, cuius gratia conuentus erat indictus a se discessionem expeditum fuisse, prout hoc ex protocollo satis apparet.

Secundo respondetur, Notarium ab imminente captura & iniuria Cancellarii aliter defendi non potuisse, nisi illico & confestim ad locum tutum deduceretur, cum Cancellarius eodem modo, quo captus fieri de f. & o. mandauit, etiam rusticorum manum ex vicinis pagis congregare potuisset, quibus non solum Notario: sed etiam ipsis ex nobilitate vis inferretur.

Quemadmodum igitur nobilitati permissum tunc, Notarium a vi & iniuria defenderet eadem ratione & ad locum tutum deducere licebat. Concesso enim consequenti, omnis concessio esse censetur, per quæ peruenitur ad illud, *l. ad legatum, l. ad rem nobilem, vbi glo. & Bart. ff. de Procur. la. è Nicol. Eberh. in loco à concess. consequentis ad concess. anteced.*

Tertio adducit Nobilitas in sepe prælibatis literis aliquot, easque vrgencissimas causas, quibus sine cunctatione discedere coacta sit, inter quas hæc non est minima, quod vim eandem, quam Notarius experiebatur, metuerit, cuius rei multa argumenta adduxit.

Primo, quod multi ex nobilitate, impulsore Cancellario, eandem fortunam, hoc est, capturam inaudierit, & sine vlla causæ cognitione sint experti.

Secundo, quod officiales sæpenumero se iactauerint, daß edlichen auß der Ritterchafft gleiche Kappen / hoc est, gleiche Verstrickung zugeschnitten weren.

Tertio, quod apparitores in maiori frequentia, quam in conuentibus prouincialibus fieri consuevit, conspicerentur.

Quæ quidem causa adeo est releuans, ut nobilitatem ad discessionem merito perrouere potuerit, cum de periculo vitæ, famæ & honoris ageretur, cuius metum in viros etiam constatissimos cadere posse non est dubium. *Bart. & alii in l. interpositos, C. de transaction. gl. ff. in l. mutuum, ff. quod metus caus. Bald. in l. fin. in prin. ip. C. de iur.*

iure delib. Abb. & alii in c. 1. & c. ad audientiam, quod met. causa.

48 Ideo non obstat, quod de seditione præ- tenditur. Non enim quælibet † seorsum itio est seditio (prout etiam ab Etymologia vocabuli affirmatiuè mala fit argumentatio. Nicol. Euerhard. à loc. ab Etymol. vocab.) sed illa, quæ fit per motum turbulentiorum populi, & subditorum utilitatis alicuius consequendæ, vel damni, & iniuriæ inferendæ causâ, ex proposito in detrimentum Reipublicæ instituta, vt declarat Brun. tract. de sedit. lib. 1. c. 1. nu. 4.

Cum autem hæc discessio absque vlllo turbulentiore motu, non contra Principem, eiusve respectu, non utilitatis consequendæ, sed periculi deuitandi causa, non in detrimentum Principis vel Reipublicæ, sed ad eius commodum, & conseruandam reputationem, atque adeo ad præcauendum magnos motus & dissidia inter Principem & ciuitatem R. facta fuerit, vt sæpe nominatæ literæ sub dato 31. Octobris, ad Principem missæ ostendunt, non recte vtique huic actui definitio seditiois accommodari poterit. Vnde recte inferitur etiam definitum ab eo remoueri, latè Euerhard. in loco à definit. per tot.

Et has causas eò quidem releuantiores esse existimo, quod Appellantes in suis instructionibus, & passim in actis se iudicio obtulerunt, & quicquid in conuentibus prouincialibus actum est, sine dolo malo defendere parati fuerunt. Ex ea enim oblatione præsumitur, illos ex allegatis causis ad ita agendum motos esse, l. qui sine dolo, ff. de reg. iur. l. 3. §. si quis paratus, ff. quod vi aut clam, l. si quis solutioni, & l. sciendum, ff. de vsur. Præsertim cum hic, vt ex præmissis apparet, in licitis, vel certè in indifferentibus versemur, in quibus sit benignior interpretatio, & in partem humaniorem, scilicet, quod non dolo malo, sed magis ex probabili causa actus gestus esse censeatur, l. merito, ff. pro socio, l. semper in dubiis, ff. de reg. iur. Alciat. tractat. de præsumpt. reg. 3. præf. 1.

Vnde dicitur, non per vim agere videri, qui dicit, se iure suo agere, & defendere est paratus, ac iure expetit, l. 3. §. sed etsi, ff. quod vi aut clam. Dec. in l. nullus, & in l. qui in ius, ff. de regul. iur. 49 nullus dolo † facere censetur, qui putat se habere probabilem causam, cur aliquod ius vsurpauerit, d. l. nullus, & d. l. qui in ius.

De conuenticulis quod asseritur, nusquã in 50 actis est probatum. Conuenticula enim † tunc fieri dicuntur, quando plures conueniunt in vnum, ad malum, animo deliberato collecta multitudine, vt probatur in l. denuntiamus, C. de his qui ad Eccles. confug. De cuiusmodi conuentione multitudinisque collectione nihil constat. Ergo non venit in considerationem, cum, 51 quoad iuris effectum, paria sint, † non esse, & non apparere, seu probatum non esse, l. duo

sunt Titii, ff. de testam. tut. gloss. in cap. nullis. de elect. in 6.

Quod autem Appellantes ad Senatum R. ad eorum petitionem sequenti die, postquam Notarium eo deduxerunt, auffs die Mung se contulerunt, de rebus suis priuatis inuicem communicantes, id sane conuenticuli loco haberi non potest, cum ista conuentio fuerit absque collectione multitudinis, & non ad illicitum, sed ad licitum instituta, prout de iure communi non prohibentur eiusmodi conuentiones, nisi ad inaleum finem, qui non præsumitur, præsertim in personis tam perspectæ virtutis & fidei, patriæque tam studiosis & amantibus. Quæ qualitas in hoc argumento potissimum considerari debet. Bald. cons. 26. lib. 2. Feudista in §. conuenticuli. de pace iuram. firm. Con. rad. Brun. de seditios. c. 7. id quod in secunda parte tertii capituli Principalis ostendetur.

Ad iniurias, quæ prætenduntur, quod attinet, non admodum refert multa adducere: literæ enim ad Principem, sub dato 31. Octobris datæ, quibus iniuriæ illatæ esse prætenduntur, ad nullius infamiam spectant, neque vllum in se verbum iniuriosum continent, vt suo loco in tertio capite probabitur. Et ex his satis apparere puto, nullum ab Appellantibus delictum commissum esse.

Posito autem eos deliquisse, tamen nõ existimauerim, pœna corporali quid dignum perpetratum esse. Nam nec à Iustiniano, nec à Iulio Claro, c. 66. cum seqq. nec à Marant. in Specul. part. 4. (vbi tamen omnes causas corporales recensent) nec vsquam in iure facta, de quibus supra inter causas corporales referuntur.

Sequitur ergo, quod non sint corporales, arg. §. actionum, vbi Zas. in princ. Instit. de action. Et probatur argumeto à sufficienti partium enumeratione, quod in iure validum reputatur. Nic. Euerb. in loco à sufficient. part. enum.

Quod secundo confirmatur ex eo, quod à factis, quorum gratia condemnatio facta est, dolum malum abesse, ex supra deductis manifestè apparet.

Cum enim pœnæ † corporales nunquã, nisi 52 dolo malo peccatū sit, imponantur. Bart. in l. 1. §. 1. ff. si quis testam. lib. Capoll. cons. crim. 33. col. 2. vers. quod sic probatur, Iul. Clar. q. 84. in princip. adeo, vt nec lata culpa sufficeret, Ias. vbi hanc opinionem communem testatur, in l. actionibus, num. 25. & 26. ff. de in lit. iur. Idque † non solum in pœnis capitalibus, sed etiam in quacunque pœna corporali, Iul. Clar. qui plures allegat d. quest. 82. Sequitur ergo pœnæ corporali locum non esse, & sic 53 appellationem admitti.

Quinimo quod causa in nostra hypothesi non sit corporalis, patet ex ipsa forma instituti processus. Quippe, quod in illo ne verbo quidè vllius pœnæ corporalis mentio facta, multo minus ad eam infligendam actum sit. Secundo, pa-

do, patet ex eo, quod Procurator ex utraque parte, tam Reorum, quam Actorum, admittitur, quod saltem in causis pecuniariis fieri potest, non autem si ex crimine ad pœnam corporis agatur. *Ancher an. consil. 373, singul. de homod. consil. 2. volum. 3. Bos. in titul. an in crim. iud. quis pos. pro absent. interu. latè Gabr. Roman. commun. concl. lib. 7. concl. 9.*

Tertio probatur ex ipsis citationibus, ex quibus apparet, Appellantes, non ut Reos, sed ut Actores ad proponenda sua grauamina cōtra Cancellarium & alios, non ut ad causam criminalem, sed ut ad ciuilem euocatos esse, nulla vel criminis, delicti, defensionis, vel etiam pœnæ corporalis facta mentione.

Cum igitur causæ in Citationibus expresse, merè sint ciuiles, non immeritò ab huiusmodi causa citationi inserta, de forma iudicii instituti, & statu causæ principalis statuendum erit. Et hoc quarto eo magis, quod etiam in præsentia sententia nullo, vel vnico verbo pœnæ corporalis facta mentione pœna mera pecuniaria in condemnationem venit.

Uterius non obstat, quod ex aduerso asseritur, pœnam corporalem ex gratia commutatam esse in pecuniariam. De illa enim commutatione ex actis vel aliunde non apparet. Ergo præsumitur non facta esse. Quod enim in actis & scriptum non reperitur, præsumitur non actum, *l. fin. C. de iuris & facti ignor. Bald. in cap. ad nostram, de restit. spoliat. Alexand. consil. 123. lib. 1. Dec. consilio 483. numer. 4. Felin. in c. inter ceteras, de fide instrum.*

Et mirationem facit quod prætenditur, Principis intentionem aliam fuisse, cum nec de illa intentione vlla fides facta sit. Non enim sufficit quid esse in intentione, nisi licetiam in dispositione, vel illa intentio verbis, vel alio legitimo modo declaretur. *Bal. in l. quidam cum filium, ff. de hered. institut. Socin. conf. 6. lib. 3. tex. glo. & Panorm. in c. 1. de eo qui mitt. in poss. ff. Et hinc pro omisso cenleri debet, quod & in scriptura, vel verborum prolatione non exprimitur. Bal. in l. proponebatur, ff. de legat. 2. & in l. voluntatis, C. de fideicommiss. Concludo igitur, istam exceptionem criminalitatis deuolutioni impedimento non esse.*

Ad secundam exceptionem non factæ deuolutionis transeundo, quæ est de notorietate delictorum, præmittendū puto, quod & ut priuilegia concessa notorietati locū habeant, ante omnia requiratur, ut cōstet illud negotium, de quo agitur, notorium esse, quodq; nullum factum, & vel negotium notorium vel dici, vel reputari possit nisi prius constet vel doceatur, illud factum, quo de agitur, verum esse, *c. quanto, de transl. pral. Card. conf. 54 in elucidatio. col. 43. Dec. in c. consuluit, cl. 2. extr. de appell. Bald. in l. omnium, nu. 1. C. de restam.*

Qualitates enim & siue accidentia probari

nequeunt, nisi prius probata substantia. *Bald. consil. 131. incipit, visis dolis, lib. 2. las. in proem. action. num. 3. & non entis & nullæ sunt qualitates, l. 2. § 9 vbi Bart. ff. de usufruct. & passim.*

Et quod ante omnia Iudici & de ipso facto constare debeat, antequam de notorio quærat, probant eleganter *Gomez. lib. 3. variat. resol. cap. 1. de delict. num. 43. Iul. Clar. pract. crimin. libr. 1. §. fin. ca. 9. vbi dicit, neminem contradicere, Crauet. 2. 11. nu. 2. lib. 1.*

Secundo requiritur, ut de notorio Iudici ut Iudici constet, *Viu. commun. opin. in verbo, notorium, Gail. de pace public. lib. 3. cap. 3.* Idque vsque adeo verum est, ut non & solum Iudici, ut Iudici, ex actis de ipso facto notoriè constare debeat, sed necesse sit, etiam qualitates esse notorias, ita ut delinquenti nulla possit competere defensio vel excusatio, *Iul. Clar. d. quest. 9. num. 3. 4. & 5. vbi de communi testatur, refert & sequitur Gail. d. obseru. 3. numer. 13. Menoch remed. 15. recuperand. poss. ff. num. 26.* Fieri enim potest, & aliquod factum, quod in delictum incidere potest, commissum esse notoriè constet, vel non, constet tamen, vtrum licitè vel illicitè commissum sit, ut in homicidio casuali, item ad defensionem, vel in bannitum, aut notoriè rebellem commissum. Hæc enim quin excusabilia sint, & pœnam non mereantur, extra omnem controuersiam est, vnde si Reus neget notorium, vel dicat defensionem sibi competere, sine ordine iudiciario ad pœnam procedi non potest, eleganter *Agd. Boss. quomodo in Crim. notor. proced. Gail. de pace public. lib. 1. obseruat. 3.*

Hæc enim simul vera esse possunt, factum esse commissum, & nihilominus excusabile, ut latè & notabiliter declarat *Salic. in l. ea quidem, C. de accusat. versic. 1. Et dicit Innoc. quem refert & sequitur Butr. in c. nostra, de cohob. cleric. & mulier.* Quod nullum delictum & esse possit tam notorium; quin habere possit excusationes sine qualitates, aut circumstantias excusantes Reū. *Abb. in c. eod. Boss. vbi supra.*

Si ergo facta, ex quibus condemnatio facta est, inspiciantur, patet ex supra deductis, Appellantibus ratione impeditionis & obstentia, ne Notarius caperetur, nihil imputari posse, & factum illud omnino esse excusabile, ut supra probatum est. Non igitur ob id sine ordine iudiciario contra Appellantes poterat procedi. *Menoch. loco alleg. & Dd. supra adducti.*

Cætera facta, *Remblich die Verstrickung des Notarii, Trennung des Landtages/ conuenticula & iniurias, per omnia negant & inficiantur.* Cum igitur ex aduerso asseratur horum factorum notorietas, hæc ante omnia probanda erant, præsertim cum non prætendatur notorietas facti permanentis, sed momentanei & transeuntis. Hæc enim; quia negatione fit dubia, necessario probanda est,

glossa

glossa in c. ad nostram de iureiur. Sa'ic. in l. ea quidem, num. 37. de accusat. Nouell. in tract. criminal. num. 18. Gasl. de pace public. lib. 2. cap. 3. Marsil. in rubr. eod. de probat. num. 240. Nouell. in pract. crimin. fol. 16. n. 13. Et necessaria esse probationem notorii, quando negatur, probat Mil. in repert. vers. notorium quoties negatur. Dec. cons. 483. nu. 27.

65 Imo non solum probari debet notorium; sed etiam antequam de ista qualitate, quod videlicet notorium sit factum, constet ordo iuris & plenae probationes requiruntur, maxime contra absentem vel presentem negantem, ut declarat Aret. cor. sil. 165. ad fin. Aegid. Boss. vbi supra num. 3. & 9. Et hoc praesertim, si notorium declarationem ante causae concerneret, non autem ordinem procedendi. Dec. in d. cons. 483. num. 28. Mil. in repert. vers. notorium. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 1107.

Sedita est, quod haec facta, videlicet die Verstrickung/Trennung des Landrages/ conuenticula & iurata, non solum negantur, sed etiam de dicta qualitate notorii ne minima fides facta est, quare de hoc notorio, praesertim cum non ordinem processus, sed declarationem causae respiciebat, probatio impleri debebat.

Constituto itaque, quod allegatum notorium probari debebat, proximum erit, videre, utrum hoc praesens notorium probatum sit? Quod non, deducitur ex multis. Primo, quod testes non sunt omni exceptione maiores. Nam R. & N. sunt Principis & consiliariorum domestici, familiares, & ipsi etiam consilarii, diuersisq; iuramentis principi obstricti. Ergo testimonium eorum nullam facit fidem.

67 Cum testis ante in criminalibus omni exceptione maior esse debeat, Hippol. Marsil. cons. 12. num. 8. Afflict. in constitut. Sicil. in ip. damna clandestina, quaest. 2. notab. 9. ut latius in secunda parte tertii capitis princip. ostendetur, vbi etiam probabitur, nec aliorum quidem testium depositiones, quae in resolutione sub numer. 19. continentur, quicquam fidei ad probationem notorii facere.

Secundo etiam ex alio capite illorum testimonia infringuntur, videlicet, quod rationem congruentem depositionis suae non subiunxerunt, quod tamen omnino necesse fuit. Vt enim testis ante de notorio fidem faciat, requiritur, ut dicti sui rationem, etiam non interrogatus, assignet, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de not. crim. §. fin. Franc. in c. consuluit, nu. 3. vbi Abb. n. 2. de appellat. 1. as. in l. si vero, §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. Bened. Capra in tract. notor. in 6. memb. princ. nu. 10. vbi de communi testatur.

68 Idque ea ratione, quod, ante cum qualitas notorii sensu corporis non facile comprehendatur, adeo, ut etiam periti titubent, num sit standum dicto testium simpliciter, quippe quod multa dicuntur notoria, quae non sunt, ut supra.

Quinimo testis ante non solum debet adducere causam dicti sui, sed etiam idoneam & concludentem, quae nimirum concludat certam populi scientiam, ita quod possit populus directo esse testis, nempe, ut affirmet actum ita esse notum, ut nulli inficiationi sit locus, utpote, cuius vniuersae viciniae populus sit testis, quae praxis probatur ex textu in cap. cum dilectus, de purgat. Canon. & placuit Innocent. in cap. vestra, de cohabit. Cleric. & mul. Archidiacon. in cap. Romana, §. cum autem, de appellat. in 6. & ibi Ioan. Andr. quem refert & sequitur Capra praecitato loco.

Et quamuis per alia etiam similia verba reddi ratio & causa scientiae poterit, tamen ea eiusmodi esse debet, quae essentiam ante rei comprehendat, utputa, ut assignetur causa per proprium sensum congruentem, praesentiam populi, & scientiam, veluti si testis asserat notorium esse, aliquem occidisse Sempronium, respondeat in causa scientiae; quia praesens fui, & vidi totum populum, vel maiorem partem videre, de quo totus populus & tota vicinia, ut maior pars, potest esse testis, vel; quia vidi maleficio fuisse factum in conspectu populi, vel maioris partis.

Hinc est, quod cum in effectu innotorio requiratur, quod populus ipse viderit, & sit testis, & non fama, semper testis in dicti sui ratione reddenda debeat deponere de visu ipsius, & de notitia ac scientia certa populi vel maioris partis, ut concludit Capra in loco citato, ex mente Buir. d. c. vestra, Innoc. Archidiacon. Haec & pleraque alia eleganter Mascard. de probat. libro 2. conclus. 1109.

Sed si facta euoluantur & reuoluantur, nunquam apparebit ab iis, qui hac de re testimonium ferre iussi sunt, huiusmodi causam assignatam esse. Ergo testimonia eorum nullius sunt momenti, idque eo magis, quod non solum nulla causa dicti allata, sed ne verbo quidem vllus notorii, vel in scriptis suis, vel depositionibus mentio facta fuerit.

Ceterum ad probationem notorii requiritur etiam tertio, ut ante probatio fiat plena, ordo iuris seruetur, & pars aduersa ad videndum citetur, ut Ioan. Andr. in addit. ad Spec. docet alleg. vers. testis quoque. Bald. in c. 1. §. damnatum, de vac. cons. in. Imol. & Philip. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. Et probat Aemyl. Ferret. cons. 31. nu. 33. p. 1. Et est de mente Menoch. d. remed. 15. nu. 261. cum seq.

72 Sed apparet ex actis, Appellantes nec citatos, nec monitos esse. Ergo probatio est nulla. Et haec sufficiant ad excludendum notorium. Nam de aliis defectibus testium, tam ratione personarum, quam earum depositionum commodius in 2. parte tertii capitis principalis agetur.

Non obstant in contrarium circa rationes adducta. Nam quod ad primam & secundam attinet, illae in rationibus decidendi satis sunt refutatae. Quippe, quod testes non sunt

Dd omni

omni exceptione maiores, quod rationem suæ depositionis non attulerint, quod notorietatis, ne verbo quidem mentionem fecerint, quod partes nec monitæ, nec citatæ sunt, tum etiam quod dicti testes in scriptis deposuerunt, 73 quod ꝑ de iure non permittitur. *Felin. in cap. de testibus, numer. 7. de testib. Gail. obseru. 100. num. 21. libro primo.* Et patet ex actis, quod de reali captura Notarii, nemo ex illis, qui in Decembri, Anno 95. examinati sunt, quorum resolutiones sub nu. 19. ad Acta relatæ sunt, quicquam deposuit, vt in 2. parte tertii capituli principalis infra videbitur.

Tertio, nec illud obstat, testes in cubiculo, iniuratos, partibusque non citatis, examinari potuisse. Nam respondetur primo, quod non ex officio, sed ad instantiam partium Princeps processit. Secundo, quod de qualitate Notarii eo tempore Principi nondum constitit, vt probatur ex Protocollo, vbi statim folio 1. dicitur, Principem ob id, quod ei de causa nondum constitit, se de facto informare velle.

Iuris est autem non controuersi, eo casu, quando Iudex non procedit ex officio, sed ad instantiam, & quando non constat de qualitate, quod notoriū sit factum, ordo iuris debeat seruari, idque tertio ob hanc etiam rationem, quod illa informatio non inspexit ordinem processus, sed definitionem cause. Quod enim eo casu notorium plene probari debeat, in rationibus decidendi probatum est.

Quinto non mouet, quod de Protocollo, aut ff. de iud. & de iud. gehaltē obicitur. Præterquā enim, quod Protocollo istud nullam fidem faciat, vt in tertio capite dicitur, non apparet ex eo de reali captura quicquam enuntiarī. Nihil magis enim eo loci asseritur, quā quod mandatum de capiēdo factū fuerit, ad quod fit relatio.

Tandem & vltimo non obstat enunciatio in sententia facta, qua asseritur, hæc omnia notoria esse. Et si enim pro Iudicis sententia præsumatur, tamen in hoc loco non potest procedere, cum ex actis, imo ex ipsa ꝑ sententia planum existat, commodum & incommodum huius causæ ad Principem spectare, quo casu Iudicis assertioni nequaquam creditur, vt in terminis docet *Agid. Boss. tit. quomodo in crim. not. proced. Aret. consil. 165. vbi opinionem Speculatoris, qua putat, Iudici ꝑ notorium esse asserenti credendum esse, per multa fundamenta damnat, & est communis in contrarium, vt late Mascard. de probat. concl. 1107. nu. 12. & seq. Et tantum de secunda exceptione.* 74 75

Quod in tertia exceptione de contumacia contra deuolutionem obicitur, non multum stringit. Multæ enim ab Appellantibus, eæque vrgentissimæ causæ in prima instantia sunt propositæ, quæ illos à pœna contumaciæ ex-

cusant, quarum hæc est prima, quæ defluxit ex defectu iurisdictionis. Opposuerunt enim Appellantes, Principem in hac causa omnino incompetentem esse: tum ex eo, quod non sint subditi, quod multis argumentis in vtraque instructione, tam 27. Ianuarii, quam 17. Februarii exhibitis, comprobatur, vt in prima parte tertii capituli principalis ostendetur: tum etiam ex eo, quod fuerit Principis propria, propterea, quod sua Celsitudo omnia facta Cancellarii, & consortum ratificauerit, iustificarit, & approbarit. Appellantium autem facta omnino improbarit, eos omnes, qui literas ad suam Celsitudinem datas, sub dato 31. Octobris, & præterea id quod in conuentibus actum est, ratum habuerit, contra præstita iuramenta venisse arguerit, vt in tertio capite plenius euincetur. Vnde consequens est, quod cum Iudex in causa propria omnino incompetens fuerit, Appellantes coram sua celsitudine iuri stare non tenebantur. Et ob id nec pro contumacibus reputari possunt. *per text. in l. cōtumacia, §. 1. ff. de sent. & re iudic. vbi IC. dicit, contumaces non videri, nisi qui ꝑ cum obedire deberent, non obsequuntur, hoc est, quando ad iurisdictionem eius, cui negant obsequi, pertinent. Fac. gl. magna in c. si Episcopus, 3. q. 2. Et Cornuus cons. 184. num. 4. vol. 4.* 76

Et hoc eo minus, quod Appellantes à citatione secunda, qua posthabitis exceptionibus legitime propositis ad vltiora procedebatur, ad Cæsaream Maiestatem, eiusque Camerale iudicium appellauerunt, eamque appellationem in termino secundæ citationis per Notarium Principi legitime insinuari fecerunt, vt patet ex Protocollo 17. Februarii habito, quæ appellatio à competentia tam de iure communi, quam consuetudine permessa est, *auth. habitata, C. ne fil. pro patre. Guid. Pap. decis. 10. pract. Papiensis in form. sententia interlocutorie super incompetere iudice. Gail. obs. 130. lib. 1. nu. 10.*

Vnde consequitur, quod et si Princeps iurisdictionem habuisset, ea tamen propter appellationem omnino suspensa fuisset. *per text. in c. si à Iudice, de appell. in 6. Ioan. de Imol. in Clem. 1. de dolo & contum.*

Appellatio autem ꝑ non solum suspendit negotium principale, sed etiam omnia accessoria & consecutiua, & sic non licet innouare quid, nec in principali, nec in accessoriis, nec in consecutiuis, pulchrè *Philip. in cap. dilectus, de appell.* 77

Sic ergo in nostro casu, cum Principi post appellationem interpositam permissum non fuerit ad vltiora procedere; quia ad superiora deuoluta erat cognitio, qui debebat pronuntiare, an recte fuerit appellatum à pronuntiatione competentis, an non? Et hinc neque parti, neque Iudici inferiori permissum erat, quicquā innouare, appellatione ista pendente,

dente, l. 1. ff. nihil innou. pend. appell. text. in cap. venientes, de iure iur. Philip Franc. in c. si à Iudice, de appell. Cantuuncula d. conf. 27. n. 12 §. Sequitur, Principem vel hoc respectu incompetentem reputari, & consequenter Appellantes pro contumacibus non censerent.

Secunda causa, quæ Appellantes à contumacia excusat, hæc est, quod causa citationi, ob quam condemnatio facta est, neq; in genere, neque in specie inserta erat. Nam citatio aliud non cōtinebat, nisi vt comparerent, actionem suam contra Cancellarium & alios instituturi, nulla vel delicti, vel criminis, vel defensionis, vel etiam inquisitionis, aut accusationis facta mentione.

78 Quod autem tam in criminalibus, quam civilibus causis citationi inseri, vel certè citatus certiorari debeat, vt veniat, respōsurus cuidam inquisitioni vel accusationi contra se formata, ratione talis delicti, tenent communiter Doctores, Iul. Clar. pract. crim. quæst. 31. num. 5. & 7. Vant. in tract. nullit. sub rubr. de nullit. ex defectu citat. vbi num. 53. dicit, quod ad fiendam Citationem vtrumque ꝑ iudicium, criminale & civile, æquiparantur, per l. absentem, §. 1. ff. de poen. l. inter accusatorem, & ibi gl. de public. iudic.

79 Vnde sequitur, quod ob omissionem istius requisiti, quoad condemnationem factam, citatio nulla & inualida fuerit, vt in tertio cap. probabitur. Et quod ideo citatum in condemnatione non constituerit, vt latè Vant. de nullit. ex def. citat. nu. 27.

Tertia oppositio contra Citationem hæc fuit, quod Appellantes ad locum citationi insertum, tutò non potuerint accedere, quæ oppositio adeo releuans est, vt vel sola sine aliis adminiculis sufficere, & Appellantes à contumacia releuare posset. Nam ad locum non tutum ꝑ nemo tenetur comparere, c. 1. §. Pisonis. de iud. c. accedens, cl. 2. vbi latè Fel. vt lit. non contest. Clem. Pastor alis, §. notorium, de sentent. & re iud. Gail. lib. 1. obser. 52.

80 Quod autem citati non potuerint tutò ad locum Citationi insertum venire, satis apparet ex iis, quæ in instructione 27. Ianuar. & 17. Februarii exhibita latè sunt deducta. In ea enim Appellantes vrgentissimas causas proposuerunt; quare ipsis non fuerit tutus accessus & recessus eo loci, quo euocati sunt. Nam dicunt daß Princeps gegen sie zu schweren Dignaden bewogen / an etliche ihres Mittels die Hand / vnnnd sie in Gefangnuß zulegen gesinnet / vnd die Strassen hin vnnnd wider für den Bestungen vnnnd Pashhäusern / ja auch in offenen Feldern verwahret vnnnd belegt / die Wegfabrenden angehalten vnnnd gerechtfertiget / die Wagen innwendig vnnnd von aussen scrutirt / vnd besucht haben sol / vnd dann daß S. J. Gn. solche ihre Dignade gegen ihrer etliche selbst declarirt hette. Quas certè causas releuantissimas

esse, nemo non videt, cum periculum vitæ & honoris in iis versetur. Et eas quidem causas nõ fuisse frustratorias, sed veras, colligitur primum ex eo, quod Princeps lecta instructione non sit protestatus, sed omnino tacuerit, & ita tacitè approbauerit, vt ex Protocollo videre est. Et est iuris haud quaquã controuersi, quod recipiens ꝑ literas sine contradictione videatur contenta in iis approbare. Bartol. in l. si filius, la 2. ff. ad S. C. Maced. & infirmi alii, quos refert Gabr. Roman. commun. opin. lib. 1. concl. 2. per tot.

Secundo, quod, vt apparet ex scripto, quod resolutio quorundã ex nobilitate intitulatur, sub nu. 19. Princeps iudicavit, quod omnes, qui literas 31. Octobr. ad suam Celsitud. nem datas subfignarunt, vnd sich zu derselbigen so wol auch dem A. St. der zu D. auff dem Landtage verricht. tet / bekennen theten / gegen Pflicht vnd Eydt gehandelt hetten.

Tertio, quod id Celsitudo sua 28. Ianuar. in audientia multoties iteravit, cuiusmodi iteratio ꝑ enixam voluntatem, & deliberatum animi propositum desighat.

81 Quarto, quod etiam causam in audientia illa, in medio tractatu multoties iniquam & iniustam esse dixit, & mirari se, quare D. N. eius patrociniũ suscepisset, prout etiam ante illam audientiã extraiudicialiter causam sapissimè iniustam & iniquam esse dixit.

82 Et est iuris indubitati, locum etiam tum, ꝑ quoad propositum non censerit tutum, si meritis causæ suæ quis timeret. Ias. conf. 86. nu. 10. & seq. vol. 3. Crot. conf. 80. nu. 16. Leonh. inter conf. Brun. 114. num. 374. cum multis seqq. & 386. & conf. 87. Quinimo locus non solum tutus ꝑ esse debeat pro dominis, sed etiam pro Aduocatis & Procuratoribus, nec sufficeret alteri eorum suffragari ex communi, de quo per Bart. conf. 18. num. 27. & seq. nu. 50. vol. 3. Ferret. conf. 21. nu. 20.

83 Quod autem Aduocato D. N. non fuerit liber accessus & recessus eo loci, ad quem citati fuerunt, ex protocollo 13. Septemb. An. 96. habito, & passim in actis videre est.

84 Quibus quarto adstipulatur, quod aduersæ partis maxima fuit auctoritas apud Principem & omnes aulicos, vnde maximus Appellantes incessit timor, ibi iustitiam consequi non posse, accedentibus præsertim his, quod Princeps ipsa causam toties pro iniqua & iniusta exclamauit.

85 Quare & vel ea ratione locus tutus reputari non debet. Alexand. tractat. de procurat. num. 302. Angel. in sua disputat. Bonon. num. 4. & 5. Rolan. à Valle conf. 68. num. 20. & seq. vol. 2. And Gail. d. obser. 52. lib. 1. Sed plusquam manifestum est, citatum, ꝑ si ad locum tutum non accedat, contumacem reputari non posse, Dd. supra relati, maxime Gail. d. obs. 52. & Vant. tract. nullit. ex defect. iurisd. num. 165.

Nec refert, quod ipsis de saluo conductu cautum

cantum esse videri posset. Huic enim non tenebantur credere, tum ob magnitudinem indignationis, quam incurrerunt, tum ob periculi presentiam, tum etiam, quod ipsis de hac securitate, non à Principe ipso, sed à reliquis consiliariis cauebatur, qui ipsis ex causis non leuibus admodum suspecti fuerunt, & hoc inter alia ob familiaritatem & amicitias, quæ inter illos ex quotidiana conuersatione, ex eodem officii genere, affinitate, & similibus intercedunt, quo nec ipso casu citatus comparere tenetur, *per c. accedens, vbi Dd. vt lit. non contest. glo. in c. statutum, § cum vero, in verb. secure, de rescript. Vant. & Gail. in locis supra citatis.*

Quod in nostro casu eo minus habet dubitationis, quod Appellantes Procuratorem vna cum Notario & testibus eo miserunt, de loco non tuto, & aliis granatinibus, non solum protestantes, sed etiam ad Cameram Appellantes, vt ex instrumento insinuationis & protocollo apparet. Et est iuris indubitati, locum non tutum, si de eo citatus protestatus est, vel appellauit, ab omni contumacia excusare. *Bursat. cōf. 225. nu. 80. Vant. in tit. ex defect. iurisdic. num. 165. Gail. d. obs. 52. lib. 1.*

Quarta exceptio, quæ citationi supra dictæ opponitur, hæc esse potest, quod Appellantes in persona comparere sunt citati, cum tamen eius rei causa nulla in citatione expressa sit. Iure autem cautum est, quod etiam in iis casibus, quibus quis personaliter in iudicium venire tenetur, in citatione illa causa exprimi debeat. Nam si contra ea fiat, citatio non valet, & ad comparendum citatus non ardetur, nisi in citatione causa exprimat, quæ personalem presentiam exigit, vt tradunt omnes Doctores in l. fin. C. de Procurat. Dec. in cap. consuluit, de appellat. *Ægid. Boss. tract. crim. in tit. an in crim. caus. quis pro absent. in iuru. poss. Ludolph. Schrad. p. 6. sect. 18. n. 92. tract. feud.*

Huc & quinto accedit, quod quælibet etiam leuis causa, si sit aliquo modo rationabilis à contumacia eiusque pœna excuset. *Ang. & Paul. de Castr. in l. 1. § hoc iudicium, ff. si quis iudic. non obtemp. vbi Boss. de iudic. antetortur. numer. 135. Claud. Cantuinc. cōf. 25. num. 142.* Et non solum

legitima, sed et illegitima causa excusat. *Roman. consil. 224. num. 4. vbi Apōst. communem hæc refert. post Dec. consil. 170. Bald. cōf. 3. nu. 6. & 29. volum. 2. cōf. crim.* Nam vera contumacia non potest esse absque dolo, cum sit delictum: merito igitur talis contumacia in dubio non est præsumenda, si qua alia coniectura haberi potest, merito, ff. de pos. ias. in l. sancimus, nu. 20. C. de iudic. *Claud. Cantuinc. latè cōf. 28. nu. 143.*

Ex quibus omnibus consequitur, Appellantes pro contumacibus censeri non posse, & hinc exceptionem, quæ prætendebatur appellationi ob contumaciam non esse locum, nullius esse momenti. Nam quod dicitur, contu-

macem non appellare non posse, illud tantum de vero contumace est intelligendum, qui iudicem contemnit, & ei resistit, non qui non resistit ex contemptu, vt per Card. in Clement. 1. de dol. & contumac. *Aluer. in c. 1. qui contumax est, in v. fib. feud. Claud. Cantuinc. d. cōf. 27. nu. 134.*

Non obstant adducta in contrarium. Nam quod de edicto peremptorio, insinuatione, relatione & aliis refertur, in rationibus decidendi sufficienter est refutatum, prout & id, quod de personali comparitione adducitur. Cum enim citatio ab incompetente Iudice emanarit, ad locum non tutum destinata, nulla adducta causa, quare in persona præcise comparere debuerant, & denique, quod ad superiorem appellatum erat, certè & eorum non comparitione contumaciam non incurrerunt, vt supra sufficienter probatum est.

Tandem non obstat, quod Procurator Appellantiū nomine comparens, dicatur non fuisse legitimus, nec habuisse sufficientem mandatum, per ea, quæ supra sunt adducta. Respondetur enim, quod ex quo non erat necessarium, vt Rei aliqua ratione ad eiusmodi citationes obmultiplices defectus comparuissent, sequitur, quod si comparuerint per Procuratorem minus sufficientem, quod non vitiauerit, *per regulam: Si quod non erat necessarium fieri, si fiat, sed minus solenniter vel legitime, non vitiat actus, c. bona, cl. 1. de elect. l. 1. in princ. de rei vxor. act. Zaf. cōf. 2. lib. 1.*

Ad quarum confirmationem accedit, quod in dubio semper pro appellationis admissione iudicatur, etiam in causa prætense contumacie. *Gloss. & Dd. in c. vt debitus, de appell. Dec. cōf. 34. Card. in Clem. 1. 2. 3. de dolo & contum.* Et hoc etiã esse in casu prohibite appellationis, per statutum, vt ex regula æquiori per multa iura comprobatur *Cæsar Cont. in l. vnica, limit. 27. C. si de moment. poss.*

Quarta exceptio contra deuolutionem opposita, longiori refutatione non eget. Nam neque de iure, neque de stylo iudicii Cameralis præcise requiritur, sententiam vel grauamina verbotenus instrumento inferri, sed sufficit, si tenor inferatur, vel tantum exprimat, vt sententia certa demonstretur. Imo sufficit, quocunque modo quid in schedula appellationis exprimere, quod certa est sententia *Bart. & Dd. in l. 1. § fin. de appell. pract. Papiens. in forma appellationis à definitiua, in verb. occasione, nu. 1. vbi qualitatem sententia exprimeret sufficit.*

Tenorem autem & continentiam sententiæ Schemulæ appellationis, ita quidem, & eo modo inserta esse, vt certa sententia exprimat, ex ipsa inspectione euidenter elucet. Dicitur enim ibi, sententiam definitiuam latam esse, quæ appellati sunt absoluti, Appellantes autem cum refusione expensarum, in 6000 fl. alii in 9000. alii 4000. condemnati, & libellos appellatorios hoc modo

modo conceptos in Camera recipi practica quotidiana docet. Eadem facilitate destruitur id, quod de ¶ causis grauaminum libellis appellatoriis inferendis asseritur. Quod enim ea expressio in appellationibus a definitiua nõ requiratur, ex communi Doctorũ conclusionẽ obtinuit. *Pract. Papi. in form. appell. a definit. verb. occasione cuiusdam, nu. 1. Notat Gail. obser. 27 num. 5. lib. 1.*

Restat videre, an reliqua formalia constet. Et consistat ipsa acta testantur. Sententia enim pronuntiata est die 17. Feb. Ann. 96. Appellatio 31. eiusdem mensis, & sic quarto die a tempore sententiæ computando interposita, processus appellatori 6. Iunii eiusdem anni, & sic ante lapsũ sex mensium in Camerali iudicio reproducti, documentum requisitionis actorum in primo termino exhibitum, ipsaq; acta intra terminum obtentum producta. Et hæc omnia iuxta præscripta ordinationis, vnd̄ ḡm̄ in Bescheid.

Quin summa sit ordinationi, & priuilegio conformis, non est dubium. Condemnatio enim extendit se ad aliquot millia fl. cum priuilegium Brunswicense ultra 600. fl. non porrigatur. De solennibus appellationum, si quæ fortẽ ex præscripto ordinationis iudicii Prouincialis R. obieruari debuissent, nulla est cõsideratio, quod horũ respectu in actis nihil oppositum, adeoq; apostoli refutatori a Iudice primæ instantiæ sint dati. Quia autẽ hæc, ni fallor, sunt, quæ circa formalium iustificacionem & Iurisdictionis Camerae fundacionem in causis appellationum cõsiderari soleant, vt not. *Gail. obs. 119. lib. 1.* expeditum est ergo appellationem in formilibus consistere, & ad Camera Imperialem deuolutam esse. Proximum itaq; iam erit, vt ad secundum caput, quod attentata respicit, accedamus, in quo constituo regulã generalem, quam *Hercul. in tract. de attentat. c. 30. n. 1.* dicit esse certam, canonicam & approbatam, videlicet, quod attentata post appellationem interpositam, tam ab interlocutoria, quam definitiua semper & ante omnia sint reuocanda, *per tex. in c. non solum de appel. lib. 6.* Et hæc non solum si post appellationem innouatũ sit, sed etiam ante appellationẽ interpositam, modo sit intra tempus decennii, quod condemnatis ad interponendam appellationem est indultum, vt *vult tex. & ibi Dd. in d. c. non solum.* Sed hic non inconuenienter dubitari possit, vtrum hoc casu quicquam attentatum sit, cum id ab aduersa parte nedum in dubium vocetur, sed etiam omnino negerur. Ideo de requisitis attentatorum, vt quæ in processu attentatorum probanda sunt, videamus.

Appellantes ad quatuor ¶ probanda adstringi, communiter obtinuit. Primo omnium probandum esse dicunt, sententiam laram. Secundo, appellatum intra decem dies. Tertio,

appellatum fuisse per eum, qui habuit potestatem appellandi. Tum etiam quarto, statũ, qui tempore innouationis, eiusdemque status mutationem & definitiua facta innouatione, vt notatur in *d. l. non solum. Bald. in l. in appellatione, C. de appellat. Rot. decis. 89. in antiq. Vestrius in pract. tit. vt lit. pend.*

Primum & secundũ requisita in primo capite abundẽ probata sunt. Tertium inde probatur, quod Appellantes ipsi, qui rerũ suarum administrandi liberam habet facultatem, appellationem interposuerunt. De quarto Requisito non opus esset quidem multa adducere, cum ex actis constet, Appellantes bona sua in Ducatu existentia, tempore latæ sententiæ possedisse, quæ ipsis prætextu dictæ sententiæ ablata & vi occupata sunt.

Sed quia tamen vis negotii circa attentata in hoc consistit, paucis aliquid de utroque, & de statu, & mutatione ex ipsis actis in medium adferendum erit. Acta autem ostendunt, Principẽ statim eo ipso die, quo sententia lata est, mandata executorialia ad officiales ad eum effectum, vt omnium Appellantium bona in Ducatu existentia, in vim sententiæ latæ, & in executionem eiusdem occuparet, decreuisse, officialibusque insinuari fecisse, & fatetur Princeps in Actis, præterim in exceptionibus contra deuolutionem productis, quod vigore horum mandatorũ executorialium officiales ad occupationẽ bonorũ in Ducatu existentium processerint. Quæ cõfessio in actis facta omnium probationũ est fortissima, & notorium non est dubium inducere, vt late probat *Mascar. de probat. lib. 1. concl. 348. & lib. 2. concl. 1106.*

Probatis igitur requisitis attentatorũ, superest, vt nos ad aliã quæstionem, nimirum, vtrum statim sine processu ordinario, reuocatio Iudicis officio fieri debeat, conuertamus, cum hoc in imploratione officii Iudicis productum sit petitum. Et statim reuocanda deducitur ex eo, q̄ notoria sunt, non solum ex actis, quæ notorium faciunt, sed etiã ex productis instrumentis attentatorum. Nam quod instrumenta ¶ notorium constituant, *probat Bart. in l. 1. ff. de noui oper. nunt. Dec. conf. 488. col. 1. in princ. not. Gail. obser. 16. lib. 1.*

Præferim si cõtra ea nihil oppositũ sit, prout in præsentia causa factum non esse ex actis apparet. Iure aut non minus, quam constitutionibus Imperii cautum est, si attentata ¶ altiorem indaginem non requirant, sed notoria sint, vel si in continenti possint probari, nec libellus, nec litis contestatio requiratur, sed de plano, implorato ad hoc officio Iudicis mercenario procedatur. *Gail. obs. 146 nu. 4.* quod ipsum etiam in recessu Spirensi, An. 70. erecto, expresse constitutum est. Quod aut Princeps N. L. facta appellatione prætextu sententiæ a se latæ, in eiusdem executionẽ omnium Appellantium

bona, idque intra decennium, à tempore appellationis computandum occupauerit, & etiamnum detineat non minus ex actis apparet. Ergo sequitur reuocationi locum esse, idque in continenti, & sine vlllo ordine processus iudiciarii.

Sed quia petitioni reuocationis attentatorum, quamuis sit maximè priuilegiata, quandoque exceptiones rectè opponuntur, vt de vtroque latissimè scribit *Lancellot. in d. tractat. de attent. cap. 24.* non abs re futurum est, si exceptiones contra implorationem adductæ examinentur. Quorum prima est, quod ante appellationem interpositam ad executionem processum fuerit, & quod eo casu id, quod gestum est, vt attentata non debeant reuocari. Secundo, quod appellatio fuerit extraiudicialis, quæ ⁹⁸ non † præterita, sed futura respicit, tum etiam tertio, quod attentata causam principale concernant, igitur de singulis disquirendum erit. Prima non solum non patrocinatori parti aduersæ, sed magis obest. Gestæ enim pendente tempore decem dierum, à die sententiæ, qui dantur ad appellandum, attentata, & via attentatorum reuocanda esse, perinde ac si essent gesta appellatione pendente non est dubium. Paria enim sunt, esse appellatum, vel esse infra decem dies ad appellandū, etiam quoad attentata, reuocanda, vt est *tex. in d. c. non solum. in princ. & glo. magistralis in lex iudiciorum, ff. de accusat.* Et hanc communem esse tradit *Franc. Marc. in decis. Delphin. q. 760. Viuius commun. opin. lib. 2. conclus. 30. Guid. Pap. q. 74. Capra decis. 167. num. 2. Marant. in Spec. q. 2. tertia part. 6. part. principal. non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus. Guid. Pap. d. decis. 34. Franc. Marc. q. 907. num. 2. & per infinita iura probat Lancellot. in 3. part. c. 11. n. 14. cum multis seqq.*

Secunda exceptio nullius est momenti. Quod enim Princeps iudicialiter processerit demonstrant acta. Princeps enim iudicis partes sibi assumendo, & tam Actores, quàm Reos, in Cancellariam, vbi iudicia exerceri consueuerunt, citari fecit, quibus ad diem constitutum ibi comparentibus, causa ab & coram sua celsitudine proponi cæpta, Celsitudo sua postea sententia condemnatoria & absolutoria lata, appellantes in expensas litis condemnando, executorialia mandata ad officiales, pro exequenda sententia decreuit, cuiusmodi actus non extraiudiciales, sed iudiciarios esse expeditissimum est, *Marant. in Specul. part. 1. & 2. in princ.*

Et mirationem facit, quomodo Procurator aduersæ partis in exceptionibus id negare tentarit, cum ipsius sententiæ verba hoc satis indicent, in dem daß Appellanten in die Gerichts, fosten ertheilet seyn. Constituto igitur, grauamen per d. sententiam illatam non esse extraiudiciale, necesse est, vt consequens, quod ex præ-

tenso illo extraiudiciali grauamine inferebatur, nimirum hanc appellationem tantum futura, non autem præterita respicere, corruiat. Licet enim appellatio extraiudicialis † cum sit tantum prouocatio ad causam, non suspendat præterita, sed tantum futura respiciat, ne grauatus indebitè molesteretur. *Natta consil. 66. num. 4. Panorm. in c. cum dilecti, nu. 4. de maior. & obed. & notat Gail. obs. 120.*

Contrarium tamen in appellatione iudiciali, à sententia definitiua interposita, decisum est, vt not. *Gail. obs. 144. lib. 1. Franc. in c. bona memoria, & ibi Panorm. de appell.*

Ex quibus omnibus infertur, non obstantibus exceptionibus præfatis, iuxta regulam supra constitutam, attentata funditus & omnino reuocanda, causamque in pristinum statum reponendam esse, idq; ex officio mercenario, nullo iuris ordine ad hoc seruato, per supra deducta.

Si (quod in tertia exceptione opponitur) attentata respicerent causam principalem, ab eaque separati non possent, non difficulter concesserim, earum reuocationem ante definitiuam non facile obtineri posse, sed attentata nostra in ea causa esse nõ video. Tunc enim attentata, quoad hanc considerationem causam principale concernere dicuntur, si attentata de sui natura rescindi non possent, nisi per definitiuam ferendam super appellatione, vel reuocatio præiudicium causæ adferret Principali, vt in possessorio dicitur, & in casu *l. Chyroglyphus, §. 1. ff. de administr. tut. obser. 146. lib. 1. allegans Salic. in l. 3. c. de appellat.*

Quod autem nostro casu reuocatio attentatorum sine præiudicio causæ principalis fieri possit, non est dubium. Quid enim ad causam principalem, si Appellantes bona sua, quæ tempore latæ sententiæ, & ante possederunt, restituerentur? Sed quia Appellantes regulam pro se habent, & ita intentionem de iure communi fundatam, sufficit, nisi exceptio in casu, quo de agitur, probetur, adeoque ratio specialitatis & diuersitatis, quare regula in eo casu locum habere non debeat, assignetur, vt eleganter *Nic. Euerh. in loco à special. Cagnol. in l. Regula, nu. 25 & in l. omnis definitio, nu. 31. ff. de reg. iur.*

Quippe, quod ille rem certam habere dicatur, qui regulam pro se habet, nisi aduersarius de limitatione vel specialitate doceat, vt ibi latius per eos.

Doceat itaque aduersæ partis Procurator in specie, qua ratione in hoc nostro casu regulæ derogatum sit, & quomodo attentata causam principalem ita concernant, vt absq; eius præiudicio non possint rescindi, cum non sufficiat dicere, si non probetur.

Quæ cum ita sint, concludendum puto, attentata ex ipsis actis sufficienter probata, & sic

sic notoria esse, & ob id ante omnia funditus reuocanda esse.

Abolutis itaq; primis duobus capitibus, superest tertium, de materialibus, quæ in meritis causæ Principalis cognoscendis versantur. Quod caput in duas partes diuidetur, quarum prior nullitatem, altera iniquitatem respicit.

Nam quod cognitio nullitatis in hac instantia fieri possit, non puto dubitandum. Constat enim inter omnes, causam appellationis etiam nullitatem deuoluere, eamque venire incidenter, iudicemq; appellationis ex officio, tam super nullitate, quam iniquitate cognoscere, & pronuntiare debere, etiam si simpliciter, nulla mentione nullitatis facta, appellatur, *notat Gail. obseru. 127. Mysf. cent. 2. obs. 73. & conf. 17. decad. 2. num. 15.*

Quod eo minus habet dubitationis in nostro casu, quod etiam nullitas vna cum appellatione, in iudicium deducta est, vt patet non solum ex instrumento appellationis, *ibi, mit Eynziehung Nichtigkeit derselben* / sed etiam ex repetitione Actorum, loco grauaminum cum annexa submissione, vbi expresse petitum est, pronuntiarî nulliter, vel certe inique in prima sententia iudicatum, superflue, vel bene appellatum esse.

Hoc itaq; constito, quod nullitas vna cum appellatione deuoluta sit, videndum de nullitatibus, si quæ in prima instantia commissæ sunt. Præcipue autem nullitates, quæ circa hanc causam commissæ sunt, in his consistunt. Primo in defectu iurisdictionis. Secundo in defectu Citationis. Tertio in defectu processus ordinarij.

Quod ad primam nullitatem, videbatur ex defectu iurisdictionis processum primæ instantiæ malitiose impugnari, propterea quod notorium sit, Appellantes in Ducatu K. non solum bona & possessiones, sed etiam domicilia & habitationes suas, vna cum maxima parte omnium suarum facultatum habere, quotidie ibidem cum tota familia commorari; Principi iuramenta subiectionis præstitisse, & ad conuentus prouinciales vna cum alijs statibus venire, quæ omnia & singula subiectionis notas esse non ambigitur, vt *notat Gail. obs. 35. & 36. Schurff. conf. 16. cent. 2. Iacob. de S. Georg. in tract. homag. nu. 32. & seq. Ias. Beluis. Iser. Aluar. & Affl. in cap. 1. quod iurare.*

Quod autem forum quis eius, cuius est subiectus, & sub quo domicilium habet, fortiat, probatur *ex l. 4. §. prator. ff. de dam. infect. c. v. de dolo & contum. Gail. d. obs. 35. & 36.* Nec obstare posse videtur, si asseratur, principem ipsum in hac causâ (cum suæ celsitudinis propria esse cuiquam videri possit) iudicare non potuisse, *tot. tit. C. ne quis in sua causa iud.*

⁴⁹⁰ Nam respondetur, magistratum † ratione violentæ iurisdictionis, vel iniuriæ sibi vel offi-

cialibus suis illatæ, si notoria sit, vel magistratui, vt magistratui, fiat, & aliis multis modis in causâ quasi propria iudicare posse, vt tradunt *Dd. in l. vnic. ff. si quis ius dicent. non obtemp. VVesenb. conf. 33. lib. 1. Rol. à Valle conf. 48. lib. 1. Gail. obs. 39. lib. 1.* Hic autem iurisdictionem violatam, adeoq; iniuriam Principi, vt magistratui, illatâ, eamq; notoriam esse, ex eo colligitur, quod Appellantes impedierunt capturam à Cancellario in officio propter commissum delictum demandatâ, imo quod Notariû iam captum è manibus Principis in aliud territorium vi & vi armata traduxerunt, & quod hæc omnia ex actis, prout etiam ipsa iniuria ex literis ab Appellantibus agnitis, notoria sunt. Nil mirum igitur, si ad ipsum principem eius rei cognitio & punitio pertineat, *Dd. vbi supra.* Idq; eo magis, quod Princeps † pœnam nõ sibi, sed ¹⁰¹ fisco inferendam iudicavit. Eo enim casu Princeps non tanquam in propria, sed in aliena causa iudicare censetur, *Gail. d. obseru. 39. nu. 4.*

Cæterum si defensio iurisdictionis multando, & aliis legitimis modis vtendo Principi non concederetur, iurisdicatio & potestas elusoria prorsus foret, per ea quæ traduntur, *in l. vnic. vbi Zaf. & Dd. si quis ius dic. non obt. l. qui restituere. ff. de rei vendic. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agn. Marant. part. 6. de contum. quod non est admittendum.*

Quæ omnia licet speciose dicuntur, obstare tamen non existimo. Principi n. adhuc regula iuris prohibitiua obstitit, qua generaliter constitutum est, neminem † in propria causa iudicare debere, q; ipsa ratio naturalis exigit, *text. & Dd. præsertim Zaf. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdic. omn. iud. tot. tit. C. ne quis in propr. caus. iud. vbi Cyn. in l. vnica. Vant. de nullitat. sub Rubr. de nullit. ex defectu iurisdictionis.* Quæ regula adeo vera est, vt si aliquis † daret, alapam, vel cederet magistratû, ¹⁰² is magistratus non posset eum punire, non posset sibi ipsi ius dicere, sed superior ad eundem esset, *c. dilectus. & ibi Canonist. de pœn. vbi est textus,* quod qui proteruiat in Iudicem, debet remitti ad superiorem, vt puniatur. *Zaf. in d. l. qui iurisdictioni. nu. 4. vbi ex doctrina. Bald. in l. eos C. de appellat. & Ant. de Butr. affirmat.* Iudicem † in propria causa adeo incompetentem esse, vt sententia ipsius ipso iure nulla sit, et si de suspicione non opponatur. Refert & sequitur *Vant. vbi supra.*

De quo tamen non attinet multum differere, cum de hac incompetencia in prima instantia multoties oppositum sit, vt videre est ex instructionibus productis & oblatiis 28. Febr. & 27. Martii Anno 96.

Atqui causam principaliter ad Principem pertinere in confesso est. Nam acta testantur, multis in locis, vt & supra probatum est, Principem omne id, quod à Cancellario & alijs consiliariis, in conuentibus prouincialibus gestum est (vnde omnia mala hæc promanarunt) ratum habuisse. Tum etiam & secundo, Prin-

cipem extrajudicialiter & ante illam institutam iudicalem audientiam, qua condemnati sunt, per totum mensem Decembrem facta consiliarium iustificasse; è contratio Nobilitatis factum improbasse, damnasse, atque adeo eos, qui impediuerunt incarcerationem Notarii, literasq; ea de causa ad celsitudinem suam datas subsignarunt, contra præstita iuramenta fecisse palam in simulasse.

Tertio, eundem Principem etiam prætere per sepe dictam impeditorem incarcerationis, item subsignationem, non solum consiliariis suis, verum etiam suæ Celsitudinis atrocissimas iniurias illatas esse, idque tam in sententia, quam aliunde enuntiasse.

Quarto, quod pœnam in sententia ipsis irrogatam fisco, & sic in consequentiam suæ celsitudinis velit applicare, & hinc per suos officiales bona occupata detineat, fructusque & obventiones sibi inferri mandarit.

Quinto, quod Princeps ipse in sententia sua omnem hanc rem ad seipsum referat, in denti S. J. G. ausführlich sehen / daß dieselbe atrociter iniuriert / vnd daß man daher J. J. G. Abtrag zumachen schuldig sey.

Huc accedit & sexto, quod res agitur simul cum præcipuis suæ celsitudinis consiliariis, qui pars † corporis Principis esse censentur, *l. quisquis. in princip. C. ad l. iul. ma. est.* inter quos Princeps ipse connumeratur, *l. ius Senatorum. C. de dignitat. lib. 11. Cacheran. in decis. Pedemont. decis. 1. in princ.* Vnde Princeps vel ex eo capite à cognitione huius causæ, vt quæ Cels. suæ propria est, excluditur, *text. in d. l. qui iurisdictioni. vbi Zaf. ff. d. iurid. omn. iud. Crauet. conf. 2. lib. 1.*

Non obstant in contrarium adducta, nam Iudex etiam ordinarius in causa propria omnino est incompetens, *Vant. d. loco.* Negatur autem in actis, iurisdictione violatam, iniuriamve illatam esse, nec vsquam ex aduerso probatum est. Ergo frustra de notorietate, quæ qualitas est, quæritur: qualitates autem † siue accidentia probari nequeunt, nisi prius probata substantia, *Bald. in l. omnium. C. de testam. & conf. 131. lib. 2. Ias. in rubr. tit. de action. Cum non entis nullæ sint qualitates, l. 2. & ibi Bart. ff. de usufructuar. Alexand. Iason. Dec. & alij in l. eius qui quod stipulatus. ff. si cert. pet.*

Non obstat secundo, quod Iudex in iniuriis notoriis cognoscere possit. Respondetur enim, iniuriam, quæ præterditur, à notorio tam longè abesse, quam cœlum à terra distat, *vt supra est probatum.* Et cum de iniuria ne minima fides facta sit, frustra de qualitate & accidentibus queritur, *vt supra latius.*

Si igitur iniuria non est notoria, sed altiorem tractatum & indaginem requirit, vt in primo capite circa resolutionem tertiæ exceptionis firmissimis fundamentis & rationibus stabilitum est, necessario sequitur, cognitionem hoc

respectu non ad Principem, sed ad superiorem spectare, *Zaf. in d. l. qui iurisdictioni. Gail. d. obs. 39.*

Imoposito, iniuriam esse notoriam, tamen quia nulla certa pœna super illa imponenda de iure præfixa est, sed arbitrio Iudicis (si probata esset) relinqueretur, Princeps nullo modo de ea cognoscere possit, *vt tenet Zaf. in d. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdiction. omn. iudic. Clar. quaest. 35.*

Non etiam obstat, quod iniuria Principi, vt magistratui, illata esse asseritur. Respondetur enim, quod quemadmodum quilibet † magistratus potest aliquid dupliciter facere, aliquando vt priuatus, aliquando vt vtens officio vel Iurisdictione, sic etiam iniuria, quæ inferitur ei, aliquando inferitur, vt priuato, aliquando vt Iurisdictionem exercenti, hoc casu iniuria † ipse vindicare possit, vt dignitati illatam, illo casu non possit cognoscere, sed querelam debet coram superiori proponere, prout pulchrè tradit, *Oldrad. conf. 7. per tot. Roland. à Valle l. causas. vbi dicit, comumni calculo receptum esse, quod quando iniuria facta est magistratui † non pretextu dignitatis, sed odii particularis, Iudex quis esse non potest in causa, vt propria. Quando autem ratione dignitatis iniuria illata reputetur, declarat, Bart. in l. si quis obrepserit. in fin. ff. ad l. Cornel. de falsis. vbi inquit, quando delictum fit coram Iudice, in offensum Iudicis, non in actum iudiciario, utpote si dicat, sibi verecundiam, si percutiatur ipse, vel eius familia, ipse non est actus Iudiciarius. Et ideo non potest Iudex ex officio punire, Bart. sequi. Ang. in tract. malef. in vers. falsario. nu. 25. Cyn. eleganter in l. si non conuictus. C. de iniur. Guid. Pap. decis. 557. Mans. in practica sua in tit. de iniur. n. 6. & ita concludit Rol. dict. conf. 48.*

Sed ex actis, præsertim autem ex literis Nobilitatis, sub nu. 1. ad acta relatis apparet, quod Nobilitati negotium fuerit cum Cancellario, eiusque consortibus, non vt cum iis, qui in officio quicquam egerint, aut pro tribunali sederint, sed vt cum priuatis, qui ex libidine priuata & cupidine nocendi, extra officium de facto, sine vlla cognitione capturam demandarint, prout ex dictis literis patet, & in primo capite circa resolutionem primæ exceptionis probatum. Quare ex his omnibus concludendum puto, sententiam ex defectu Iurisdictionis, ratione causæ, omnino nullam & inuolidam esse, nec id immerito.

Nam cum iniquum sit, suæ rei Iudicem fore, & hinc generaliter prohibitum sit, ne quis in sua, vel suorum familiarium causa ius dicat, *vt tot. tit. Cod. ne quis in sua causa ius dic.* quæ verba, utpote negatiua, & negatiue cõcepta, actui resistunt, & omnem potentiam tollunt, *per gl. in l. 1. in fin. C. ne fideius. dot. dent.* quam singulariorem notat, *Alex. in l. si constante. §. quoties. ff. solut. matrim.*

Nil mirum igitur, sententiam ab huiusmodi Iudice

Judice omni iurisdictione carente prolatam, ipso iure nullam esse. *Dd. in l. 1. ff. de iudic. tot. tit. C. si a non comp. iud. Vant. tract. nullit. sub rubr. de nullitat. ex defectu iurisdictionis numer. 13. cum seqq.*

10 cum iudicatum et dici non possit ab eo, qui ius dicendi potestatem non habuit, *l. 1. §. ult. ff. ad Tertul. Vant. d. tit. num. 1. 2. 3. 4. & 6.*

11 Usque adeo, ut executio et vigore istiusmodi sententiae facta, ante omni retractari debeat, *l. sicum nulla. §. 8. ff. de re iudic. l. fin. C. si ex fals. instrum. non solum per viam attentati, sed etiam implorato saltem ad id nobili iudicis officio; Bart. in l. que sub conditione. §. ult. num. 2. de condit. insti. l. certa C. quando prouoc. non est neceff. l. 1. §. 1. que sentent. sine appell. rescind.*

12 Sed posito, quod ex defectu iurisdictionis sententia impugnari non posset, certum est tamen, eam ob inualiditatem Citationis non subsistere. Nam non solum in actis iudicialibus requiritur Citationem interuenire, sed etiam causam Citationi inferri necesse est, & eam tale quidem, ex qua citatus plenam & particularem actus sciendi scientiam habere possit, & liberam facultatem, si voluerit, illi contradicendi, cum ad illum finem solennitas citationis sit adiuuenda.

13 Et quidem si Citatio non fuit clara, et sed talis, ut Citatus ad se defendendum instrui non posset, pro nulla haberi debet, cum illa causa pro validitate Citationis requiratur, late *Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 31. & 50. Gail. obs. 51. lib. 1.*

14 Et hoc non solum in civilibus, et verum etiam in criminalibus, *Vant. vbi supra. Iul. Clar. q. 31. nu. 5. vbi de communi testatur*, vel certe in Citatione causae criminalis ad minus requiritur, citatum certiorari, ut veniat responsurus cuidam accusationi seu inquisitioni contra eum; ratione talis vel talis delicti formatae, *Abb. in c. praterita. n. 8. de dilat. Foller. in pr. crim. vol. 140. in fin.*

15 Sed in Citationibus, de quibus hic agitur, nulla causa expressa est, imo ne vlllo quidem verbo alicuius inquisitionis vel accusationis contra Appellantes formatae vel formandae, nullius responsionis, defensionis, delicti, mentio facta est, ut ipsa acta testantur. Sequitur ergo, quod dictae Citationes sint inualidae, & consequenter etiam sententia vel hoc respectu omnino nulla sit.

16 Est enim iuris expressi, sententiam et vigore Citationis inualidae latam, ipso iure nullam esse.

17 Nam vbi est vitium in Citatione et nunquam tenet processus, in praedictum absentium agitur, ut inquit formaliter, *Bald. per illum text. a contrario sensu, in auth. si omnes. Cod. si vt se ab hered. obs. & per eundem in c. quoniam contra. de probat. Vant. in rubr. de nullit. ex defectu citat. num. 22. Gail. d. obs. 51. lib. 1.*

18 Quod confirmatur alia ratione, videlicet; quod actus in termino Citationis longe aliter explicatus est, quam in Citatione dictum fuit.

Nam Appellantes ad alium effectum citati non sunt, nisi ut actionem suam aduersus Cancellarium, & Consortes in termino proponere debuerint, non ut Rei, sed ut Actores, nullius violationis, iurisdictionis, Trennung des Landtags/ conuenticulorum, vel iniuriae facta mentione, & tamen nihilominus Appellantes ratione praetensorum delictorum sunt condemnati.

Est autem iuris indubitati, actum ex defectu Citationis et ipso iure etiam tunc nullum censeri, quando aliter in qualitate, & substantia, quam fuerit dictum in Citatione, expeditur, *Bart. & Alexand. in l. aut qui aliter. per illum textum. ff. quod vi aut clam. & in cons. 176. Dec. in cons. 449. in princip. Alexand. in l. si ante Calendas. ff. de verb. obl. Felin. in c. causa. de offic. deleg. Ruin. consil. 209. n. 16. vol. 2. Roland. a Valle cons. 37. n. 9. vol. 1.* Censetur enim ille actus clam, parte non citata expeditus esse, *Bart. vbi supra.*

Tertia nullitas resultat ex defectu processus ordinarij, qui tam in criminalibus, quam civilibus causis stricte obseruari debet. Et quia nullitas ex hoc fonte promanans, multis modis se conspiciendam praebet, ergo ad singula videndum.

Prima nullitas, ex hoc fonte promanans, est omissio libelli. Nullus enim libellus, nulla petitio, vel ea qualis qualis, utiq; in actis reperitur. Et est iuris non minus ambiguus, libellum tam et in criminalibus, quam civilibus, de sub-

stantia processus, & eum quidem in criminalibus, iuxta formam libellorum, *ff. de accus. & inscript. requiri*, usque adeo, ut eo deficiente, vel etiam vno ex formalibus processus, etiam si non opponatur, ipso iure sit nullus, *Iul. Clar. q. 12. per tot. Myns. cons. 59. decad. 6. n. 8. 9. & 10.*

Libellus enim de et substantia iudicij exilit, eius itaque omissio ipsum praecipuum vitiat, & ad nihilum reducit, *Vant. de nullit. sub rubr. process. Ord. n. 18. cum multis seqq. Clar. loco praalleg. Vnde est, ut licet, quod a Cancellario & Consortibus (quamuis excipiendo vel defendendo) 28. Febr. propositum fuit (de quo in protocollo sub num. 35.) loco libelli, vel qualis qualis petitionis haberi debeat; tamen quia hoc inuerso ordine, omissis omnibus solennibus legis libellorum factum esse ex actis conspicitur, sententia vigore eius lata nihilominus subsisteret, cum sententia et tam in criminalibus, quam ci-*

uilibus, ex libello inepto lata, ipso iure pro nulla censeatur, *Iul. Clar. & Vant. vbi supra. Gail. lib. 1. obs. 61.*

Secunda nullitas, ex defectu processus Ordinarij resultans, consistit in contestatione litis, ut quae non minus, quam libellus, omissa est. Cum autem litis contestatio lapidis angularis sit totius iudicij, ita et quidem, ut ne partium consensu, nec iudicis autoritate omitti possit, consequens est, quod omissa vitiet processum, & sententiam latam ipso iure nullam reddat. *Vant. tract. nullit.*

116
117
118
119
120

nullit. sub rubr. de nullit. ex defectu process. Ordin. nu. 28. cum seq. Gail. lib. 1. obs. 75.

Quod tanto magis obtinet hoc nostro casu, quo Iudici Camerae ex actis, nedum plene, sed ne apparenter quidem de meritis causae constare possit, ex quibus animi sui motum informare queat, cum omnia, quae ad causae cognitionem pertineant (quae inter caetera in his versatur, ut iura partium placide exaudiantur, termini, inter quos probationes adferuntur, partibus dentur, & ut hinc inde exceptiones, Replicae, duplicae adducantur, ut latae Menoch. de arbitrar. iud. quast. libr. 1. quast. 19. omnino sunt omissa.

Caeterum non solum haec omnia sunt omissa, sed etiam eo ipso die, quo citati comparere iussi sunt, definitiva lata, & ita cum summa praecipitantia iudicatum est, ut patet id ex actis & Protocollo. Nam ad diem 17. Martii sunt citati, eodem die condemnati. Iuris autem est certum, sententiam non praecedente causae cognitione latam, ipso iure nullam esse, Bart. in l. prolatam. vbi omnes scribentes C. de sentent. & interlocut. omnium iud.

¹²² Dicitur enim praecipitantia non Nouerca iustitiae, Clement. Pastoralis. §. norma. de sentent. & re iudic. Vnde refert Vant. sub rubric. de nullit. ex defectu process. n. 34. Si iudici vno die processus causae, seu magnum registrum, ut ibi loquitur, praesentaretur, & altero die pronuntiaret sententiam, tanquam causa non cognita, & actis non visis, latam esse ipso iure nullam, cum intra tam breue interuallum, & modicum tempus, praesumptione iuris, non potuerit merita causae illius videre, ac mature de his considerare. Idem multis auctoritatibus comprobatur, Petr. Roiz. in Lituani. decis. decis. 2. nu. 82.

Idcirco in nostro casu etiam tertio loco hac ratione talis sententia, ut praecipitata, temeraria, ac iniusta, non admittenda, sed tanquam nulla reiicienda est.

Quarta nullitas deducitur ex eo, quod Appellantes ad sententiam audiendam specificiter non sint citati, prout regulariter speciali Citatione opus fuit, maxime hoc casu, quo non ad totam causam ab initio citati sunt, & nullitas ex hoc defectu causata adeo releuans est, ut sententia etiam pro absente lata non valeat, text. in l. ea quae. C. quando & quom. iud. gloss. ibid. in verb. aduersus. Bart. ibid. nu. 2. & commun. Dd. notat. Gail. obs. 109. lib. 1. in princ. Quinta nullitas ex hoc capite est, quod sententia contra absentes, non latitantes, nec verè contumaces, lata est, ut supra in refutatione tertiae exceptionis probatum est. Idque antequam de delicto formaliter constaret, propterea nulla censetur, ex l. illud. §. item illud. vbi Imol. nu. 1. verb. loquitur. ff. ad Syllan. Mars. in l. 1. num. 5. de quast. & in rubr. C. de probat. num. 117. Riminald. cap. 6. nu. 6. Bursar. conf. 225. num. 74.

Sexto etiam ex actis apparet, condemnatos intra tempus legitimum, & debito modo ad Camera Imperialem à praesentata sententia appellasse, quare à Iudice inferiori, sub poena nullitatis, nihil interiri fieri, attentari, vel innovari poterat, d. c. non solum. de appell. in 6. Paris. conf. 28. nu. 11. & conf. 17. num. 28. & conf. 26. vol. 4. conf. 39. nu. 2. vol. 1. conf. 127. n. 122. vol. 3. Grammat. conf. 103. n. 15. Rol. à Valle conf. 57. num. 12. & seq. vol. 1. Hercul. de attentat. pag. 87. n. 7. Mansfred. eod. tract. qu. 93. Dic. vbi communem dicit in c. bona. n. 18. de appell. vbi clari & indubitati iuris esse inquit: Canciunc. d. conf. 27. n. 128. Et hoc etiam si dubium esset, an appellatio admitti deberet, Petr. Beni. decis. Bonon. 1. n. 3. multo magis hoc casu, quo appellatio omnino, & sine dubio legitime interposita est, d. l. si qua poena. & l. in multis.

Septima nullitas ex eo resultat, quod ad locum non tutum citatio facta est, quo casu, si contra absentem procedatur, sententiam latam nullius momenti esse, in resolutione tertiae exceptionis cap. 1. probatum est.

Quibus omnibus octavo, & hoc principaliter accedat, quod etiam contumax non in multam declarari non potest, nisi prius de nouo citetur, ad audiendum se declarari, vel ad adducendum causas, quare declaratio non debeat fieri, Bart. nu. 16. Bald. n. 3. Paul. de Castr. n. 4. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier. Bart. n. 13. Alex. n. 20. Cagnol. n. 21. in l. vnica. ff. si quis ius dicenti non obtemper. Alexand. in l. si filius familias. §. Diui. ff. de legat. 1. vbi expresse dicit, nouam & quartam Citationem pro executione requiri, dato etiam, quod tres Citationes, vel vnica, cum peremptorio processerint, Boss. tit. de mult. nu. 7. Iul. Clar. q. 44. vers. vnum tamen scias. Felin. in c. quoniam frequenter. n. 22. vt lit. non contest. Gail. lib. 1. obs. 1.

Et ita non solum in Camera Imperiali, ut praxis quotidiana (quae pro lege est) docet, sed etiam in iudicio provinciali Ducatus R. obseruatur, ex ordinat. des Hofgerichts / tit. 7. vbi ita cautum est, videlicet: So ein Urtheil an vnserm Fürstlichen Hofgericht gesprochen vnd ergangen / vnd davon nit appellirt / oder derselben Appellation nicht statt gegeben / oder so deren deserrirt worden / vnd folgendes renuncirt / die verlassen vnd deserrirt worden were / das in solchen Fällen die obligende Parthey vmb Execution vnser Hofgericht angericht / anruffen / Executoriales vnd Vollstreckungs. Brieff bitten vnd erlangen möge / in welche dem Wiedertheil / so die Urtheil verlohre / bey einer namhafften Pœn / halb vnserm Fisco, vn die andere Helffte der anruffende Parthey zubezahlen / geboiten werden sol / das er in einer bestimpten Zeit (so ihme derohalben anzusezen vnd zubenennen ist) dem gesprochenen Urtheil parren vnd Vollziehung thue / oder wo er das in angezeigter Zeit nicht thate / sondern darnin vngesorsam vnd sänmig erscheiner würde /

würde / alsdann auff einen andern bestimpten
Tag an unserm Hofgericht zuerscheinen / zuse-
hen / vnd zuhören / sich vmb solchen Vngehor-
sam in die committirte Pœn gefallen seyn / er-
klären vnd erkennen.

Et hæc nullitas ita stringit, vt sola absq; aliis
adminiculis ipsam sententiam prosternat.

Ex quibus omnibus concludendum esse pu-
to, sententiam ipso iure nullam, & sic nulliter
executioni mandatam esse.

Expedita prima huius tertii capitis parte, ad
alteram, quæ est de iniquitate, transeundum
puto, in qua (præsupposita sententiæ validitate)
vtique, quemadmodum sententia duo capi-
ta continet, absolutionem videlicet Cancellarii
& Consortum, & damnationem Appel-
lantium, ita etiam hæc pars in duo membra se-
canda erit. In quorū primo videbitur, an Can-
cellarius eiusque Consortes recte & legitime à
tota causa absoluti?

In secundo, vtrum iure Appellantes conde-
mnati sint?

Circa resolutionem primi membri non lon-
ge me diffundam, cum existimem rem proba-
bili dubitatione carere. Constat enim ex his ac-
tis, non solum libellum non oblatum, nec li-
tem contestatam, sed etiam nihil quicquam à
Cancellario & suis Consortibus, quod ad eo-
rum innocentiam pertineat, probatum esse,
quo casu expeditum est, sententiam definitiuam
absolutoriam à tota causa, etiam in contumaciam
Actoris vel Accusatoris, sequi non posse,
idque siue ciuilitè agatur, siue criminaliter.

In ciuilibus enim Reus, Actore ante litem
contestatam existente cōtumace, si à tota cau-
sa absolui velit, necesse est, vt, litè in contumaciam
pro contestata acceptata, exceptiones peremptoriales
proponat, easq; legitime probet. Quibus tandem iusto
& legitimo modo probatis, sententiam absolutoriam,
& non aliter ferri posse, non solum de iure obtinuit, sed
etiam in ordinatione Iudicii prouincialis Ducatus
Reipressè decisum est, *text. in cap. cum causam. de dolo & contumacia. notat. Gail. obseruat. 95. lib. 1. Ordinat. Iud. prouincial. sub titul. 61. vbi Actore in primo termino non comparente, Reo liberum relinquatur, facto proclamate, sich von der Citation absoluihren vnd erledigen zu lassen / oder aber / es mag der Beklagte auff den Fall / da der Kläger vngheorsam erkannt / in der Hauptsachen forsfahren / seine Gerechtigkeith fürbringen vnd liquidiren / vnd sich darauff ab instantia vel impeditioe zuabsoluihren bitten. Et ita in illo iudicio tota die practicatur.*

Sed quia hoc casu nec proclama petitem,
nec decretum, nec etiam ante præsentiam sen-
tentiam declaratio contumaciæ facta est, ad-
eoque nihil ex aduerso, quod ad innocentiam
faciat, probatum. Ergo necesse est, ex hoc ca-

pite sententiam, si non nullam, attamen iniustam
& iniquam esse.

In criminalibus autem, Actore † per contumaciam non comparente, absolutio quidem,
sed ea non definitiue, sed tantum ab obseruatione
Iudicii fieri potest, *l. ea quidem. C. de publ. Iudic. Bart. in l. Titia. ff. de accusat. & inscript.*

Et ne hoc quidem casu absolutio ab obseruatione
Iudicii fieri posset, nisi prius noua citatio post hunc actum emanaret, *arg. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. not. Innoc. in c. consuluit. item Bartol. in authen. qui semel. C. de testib. & in l. Titia. ff. de accusat. & inscript.* Concludo itaque, sententiam absolutionis (præsupposita eiusdem validitate) & iniustam & iniquam esse. *Est tantum de primo membro.*

Alterum igitur membrum huius secundæ
partis tertii capitis principalis discutiendum
superest, in quo; quia libellus solennis, nec
qualis qualis narratio nõ est oblata ad petitionem,
quam Cancellarius & Consortes exceptionibus
suis 28. Februarii, Anno 96. propositis annexerunt,
videndum est. Petierunt autem in ea non solum
absolutionem ab impetitione, sed etiam ob iniurias
sibi illatas Appellantes pœna condigna affici.

Hic itaque primo loco videndum erit, vtrū
ad hanc Cancellarii & Consortum petitionem,
sententia condemnatoria aduersus Appellantes
sequi potuerit? Et potuisse videtur dicendum.
Censetur enim istam petitionem per viam recon-
ventionis proposuisse, cuiusmodi Reconuentiones
regulariter, tam in criminalibus, quam ciuilibus
admittuntur, *Abb. in c. 1. de mutuis petit. Marant. in Spec. part. 4. distinct. 7. per tot. Gail. de pace publ. lib. 1. c. 12.*

Sed magis est, non potuisse, & hoc ob eam
causam, quod præsentia reconuentione in eo ver-
satur potissimum, quod Cancellario eiusque
Consortibus, per literas vel supplicationem nobilitatis
Principi sub dato 31. N. exhibitas, atrocissimæ
iniuriæ prætenduntur illatæ esse. Cum autem hæc
omnia ex ipso actu, super quo litigabatur, cuiusq;
gratia Appellantes ad proponendum actionem
citati sunt, promanarūt, sequitur quod de iis in
illa instantia non potuerit agi ex *decif. textus. in l. siquidem auiam. vbi Faber. C. de iniur. l. si tibi seruitutes. Cod. de lib. caus. & vtrobiq; gl. & Doctores.*

Nā ibi diserte cauetur, iniuriā promanantem
ex actu, super quo litigatur, nisi lite per sententiā
finita, non posse prosequi. Cū valde iniquū foret,
q; pendente lite super illo actu debeat posse agi
iniuriarū actione, cū à futuro litis eventu, super
illo actu, pendeat, an iniuria illata sit, & cōsequenter
iniuria debet incipere à die litis finitæ, *per l. 1. § si pendebit. ff. ad Maced. Mil. in repert. in verb. iniuria procedēs.* Debuerūt ergo Cancellarius
& Consortes euentū litis expectare, & demum,
sententiā absolutoria lata, cōtra Appellantes ob præsentiam

tenfam inuitiam licet prosequi, ad quod nouus processus, & noua tela iudiciaria requirebantur, per iura alleg.

Ad quod optime facit in argumentum id, quod à Gail. de pace publ. obs. 12. lib. 1. relatum est, ubi dicit, quod quando accusatus Actorem ex eodem delicto vult reconuenire, quod hoc fieri debeat, non per modum reconuentionis, sed defensionis, per responsionem ad libellum, vel per articulos defensionales, vt ibi latius per eum. nu. 4. & 5. Vnde patet, quod ad dictam petitionem, quatenus forte reconuentionis respexit, condemnatio nequaquam sequi potuerit, M. L. in repert. d. loco, ubi subdit. Leges, quæ innuunt querelam & litis contestationem fieri posse, pendente lite, intelligendas esse de querela contumaciæ, fiendo extra iudicium ad finem reuocandi ad animum.

Secundo videndum erit, an iniuria debito modo probata sit. Nam quod non solum probanda sit, sed etiam probationes luce meridiana clariores requirantur in hac causa tam ardua, probat textus in l. fiant cuncti. C. de probat.

Ad probationem itaque præsentis iniuriæ potissimum adduxerunt literas vel supplicationem nobilitatis, sub dato 31. Nouemb. nu. 11. Principi exhibitas. Ex quibus intentio nem aduersariorum sufficienter probatam esse, primo intuitu videri posset. Obiectum est enim Cancellario & Consortibus, quod contra ius naturale, gentium, scriptum, & constitutiones Imperii, Notarium comprehendere, & in uinula conuicere, status opprimere (zum Fürstlichen mel machen) uoluerint, Innocentes ex nobilitate incarcerare procurarint. Item quod tentauerint vinculum amoris inter Principem & status dissoluere, & si quæ sunt plura. Et hæc ex priuata vindicta, & cupiditate nocendi.

Quas obiectiones utique nedam iniuriosas esse, & ad summam infamiam Cancellarij & aliorum spectare, nemo facile dubitauerit.

Quid enim magis infamie dici posset, quam si ea vere de Cancellario, & eius Consortibus dicerentur, prout ex hac tam atroci infamiatione non solum Appellantes iniuriarum, sed etiam famosi libelli pœna affici posse videri possunt? ¹²⁵ Scripturam enim, quæ ad infamiam alicuius pertinentem, famosum libellum esse, deducitur ex text. l. Lex Cornelia. §. si quis. ff. de iniur. Mysf. conf. 59. decad. 5. n. 43. cum seqq.

Sed respondetur, iniuriam ex hoc vere & concludenter non esse probatam. Nam certum est, in actione iniuriarum quod animus iniuriandi considerari debere, cum sit substantiale eius requisitum, l. illud. ff. de iniur. Voluntas enim non exitus in delictis consideratur, l. Ditus. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Gail. obs. 99. lib. 2. Animum autem & propositum iniuriandi hic defuisse multa suadent.

Et primum, quod non in uel extra rixam quic-

quam obiectum, sed coram ipsorum magistratu, per modum supplicationis gratiam Nobilitatis contra Cancellarium & alios, cum subiecta petitione. dasi J. J. On ein gnädigs Fürstlichen cunsehen ihun in obrten/ delaum ist, quod sane non animo iniuriandi, sed ius sui conseruandi causis fecisse præsumuntur, per l. eum qui nocentem. ff. ad l. Cornel. de iureiur. Mysf. conf. 74. Gail. lib. 2. obs. 90. ad finem. ubi testatur, secundum illam opinionem in Camera sæpe iudicatam esse. Nec immerito, cum hoc casu animus scribentis ad Reipub. vindictam & utilitatem; non autem ad iniuriam inferendam directus sit, text. in l. vni. Cod. de famos. libell. Dd. inc. fin. eod. tit.

Quod secundo in hoc nostro casu tanto magis obtinere debet, quod Appellantes suam ipsius propriam & suorum iniuriam sine profecuti, & qui id facit, actione iniuriarum non potest conueniri, ex vulgaris regulæ, quod is, qui ius suum prosequitur, nemini iniuriam facere censetur, l. quod Reipubl. & l. iniuriarum ff. de iniur. l. factum §. non videtur. ff. de reg. iur. S. enim secus esset, omnes supplicatori libelli in iudicio, & extrajudicialiter pro obtinendis processibus super diffamationibus, iniurijs, spolijs, fracta pace, turbationibus possessionum, & his similibus producti, pro famosis libellis & iniurijs censeri deberent, quod non est admitendum.

Quibus & tertio accedat, quod factum à Cancellario & Consortibus in conuentu provinciali designatum, non in uisum cuiuspiam, aut multorum priuatorum, sed in detrimentum Reipub. mo ad ipsius Principis imminuendam reputationem vergere, & redundare contempnebatur, vt in lite 1., vel Supplicatione Nobilitatis, sub dato 31. Octobr. exhibitis, latius deducitur, quo & ipso casu animus iniuriandi abfuisse præsumitur, per notata Gomez. varar. re. o. ut. tom. 3. in tit. de iniur. nu. 2. Gail. obs. 90. lib. 2.

Idque etiam quarto eo magis, quod iniuria sine dolo non committitur, à quo qualibet causa, etiam leuis & temeraria, excusat Gomez. varar. resolut. lib. 3. tot. tit. de iniur. nu. 2. l. §. iur. §. 1. de liberal. cau. Ias in l. 1. §. si quis ius dicit. non obtemp. late M. no. h. rem. d. 5. recuper. possess. nu. 48. cum multis seqq.

Cautas autem, ex quibus nobilitas per mota est rem ad Principem deferre, suæque celsitudinis auxilium implorare, grauissimas & maxime urgentes esse, testantur licet & apenominata, ad Principem sub dato 31. Octobr. m. ff.

Sed quia Appellantes, vt supra dictum est, non solum ob præsentas iniurias, sed etiam wegen Verstrickung des Notarij, Trennung des Land. Tags / vnnnd Conuenticulm condempnati sunt,

sunt, restat de iis, qua poterit fieri breuitate, inquirere.

Et omissis contrariis apparet, ea non esse probata. Nam quod ad capturam Notarii attingit, astituitur quidem a tribus eam factam esse, videlicet, a N. N. & N. sed nihil probat. Primo, quod in scriptis deposuerunt, cuiusmodi testimonium iura non admittunt. *Felin. late in c. de testib. nu. 7. de testib.*

Secundo quod iniurati, quo & ipso casu testis penitus nullam fidem facit, cum tota substantia testis consistat in iuramento. *text. in l. iuris iurandi. C. de testib. c. quoties. c. licet. el. 2. §. testes. extra eod. Bald. & Ang. in l. milites. C. de milit. testa. Crot. in tract. de testib. part. 7. nu. 3. idque maxime in criminalibus, vbi euidentiores probationes, quam in ciuilibus, requiruntur. l. sciant. C. de test. not. Gail obser. 101. lib. 1.*

Terno, quod Principi omnes non solum iuramento subiectionis, vt subditi, sed etiam specialibus iuramentis, ratione officii, der ein als ein Groß Vogt/der ander/ als ein Amptman/ in arce residentiae zu B. deuincti sunt, & quod ea ratione Princeps ipsis omnimodo in imperare potest, vt non solum hi duo, verum etiam Nam seine Berichts schreiben ipse fatetur. Quod autem hi non minus a testimonio arceantur, probat textus in l. testimonium. ff. de testib. c. non debet. extra eod.

Quarto, quod in aula quotidie commoretur, Principis que sint domestici, suaeque celsitudinis quadra viuant. Vnde non solum a testimonio dicendo arceantur, in l. reperundarum. ff. eod. Sed ne hos quidem in criminalibus interrogari placuit. l. ob carmen. ff. eod.

Quinto, quod in sua resolutione in ihren Bericht (vel potius vnrichtigem Schreiben) non interminis testimonii permanerunt, sed iudicis munus assumendo, de iusticia & iniusticia causae respectiue iudicarunt. R. von N. enim asserit in sua resolutione, daß die Sach auff Illustrissimi Seiten wolbesüget/vnnd billich sey/vnnd daß von Appellanten seiner F. G. die vö der Ritterschafft verübre Actus zu Nachtheil vorgekommen worden seyn. O. A. asserit, daß der Cansler nicht vnzeitig durch soleche Importunitet coramouirt sey. Item, daß Appellanten durch die Impeditio Captura vnrecht gethan/vnnd ein facinus perpetrirt heten K. asserit, daß Appellanten nun ein Tumult angerichtet. Quae omnia in testes, qui secundum sensus exteriores discernere, non autem decernere debent, non cadunt, cuiusmodi testes nullam fidem facere, tenent omnes in c. cum causam. de testib. Oldrad. conf. 210. Munus enim testis non est iudicare, sed quod oculis vidit, dicere. Bart. & alii in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Curt. iun. conf. 165. nu. 17. Paris. conf. 104. nu. 37. l. 1. & conf. 56. nu. 14. l. 2.

Sexto, quod non solum iudicarunt, sed etiam

iam admodum animose deposuerunt, ea affirmando, de quibus nullam cognitionem habuerunt, vt cum primis in dem vnrichtigen B. videre est. Is enim, et si ne verbum quidem cum Appellantibus, cum R. essent, communi rarit, imo nec adfuerit ipsis: tamen de eorum conscientia, & quid in animo habuerint, decernere non erubuit, afferendo, daß sie sich vielerley Forcht eyngelidert hetten/vnnd daß solchs Conscientia perpetrati facinoris geschehen were. Quis enim perceptam habere illorum conscientiam: & quid in animo haberent, excepto solo Deo (qui scrutator cordium & renum est c. oculentis. vbi Glossa 23. q. 5. Ang. in l. Plagil. ff. de Plagiar. Leonhard. inter conf. Bris. conf. 114. n. 522.) cognoscere potuit.

Quod autem testis ita animose deponens nullam fidem mereatur, probat Crauet. conf. 249. nu. 4. vbi respondet, non esse credendum testi affirmanti, quod vere sciri non potuit. Idem responderunt Socin. sen. conf. 229. lib. 1. Anchor. conf. 227. Alexand. conf. 15. lib. 3. Prepos. in c. postremo. de appellat.

Septimo, quod testes, praesertim cum N. & N. cum Cancellario & Consortibus in eodem officii genere sint constituti, in deliberationibus publicis & priuatis consilia sua conferentes, operasque mutuas tradentes, imo ad eandem mensam, & prandere, & cenare quotidie confueverunt, vnde illorum depositiones, etiam aliis defectibus non existentibus, non parum suspectae esse censentur, cum familiaris pro familiari, domesticus pro domestico testificas sit suspectus, & propterea nihil fidei mereatur. c. in literis. de testib. l. etiam. C. eod. l. penult. ff. eod. Grammat. conf. 16. nu. 30. & se 3. latissime Gabr. Roman. l. 1. concl. 10.

Octauo, quod isti testes, quanta amicitia Cancellarium & suos Consortes prosequuntur, tanto odio Appellantes insectantur, vt hoc illorum resolutiones non obscure testantur eo quod Nobilitatis facta improbent, Cancellarii & consortum iustificent, factam nobilitatis, quod omni rure licitum est, pro seditione, rebellionem, Tumultum vñ Aufruhr declament. Et horum quidem depositiones fidem non facere, expeditum est. Anchoran. conf. 249.

Et ad inducendam suspicionem contra officiales sufficit leuis inuimicitia, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de offic. deleg. §. superest. vers. Item si est inimicus & in c. legitima. de appell. lib. 6. Bald. in l. prescriptione. C. si contra ius & util. publ. Et hoc in nostro casu tanto magis, quod Princeps, vt ex ipsis resolutionibus apparet Appellantes infensissimo odio prosequitur, cum propter inimicitiam Domini etiam eius officiales suspecti reddantur. Quippe quod factum ab officialibus, censetur factum ab ipso Domino mandante. l. ita aussem. §. gesiffte. de admin. tut. l. qui

Et per

per alium. ff. de reg. iur. Imol. & Dd. in c. insinuante. de offic. deleg. vbi si Episcopus est suspectus, etiam eius vicarius suspectus dicitur. Nam vbi caput est suspectum, etiam illi, qui caput sequuntur, suspecti sunt, & idem de illis, quod de capite iudicatur, vt hæc & plura in hanc sententiam adducit Crauet. *conf. 6. lib. 1. num. 31. cū seq.*

Accedit nono, quod sæpe nominatus A. super iis, quæ R. acta esse præterit, de auditu alieno deponit, cuiusmodi depositiones, in criminalibus præsertim, inualidæ sunt, vt respondet Rolan. à Valle *conf. 24. nu. 86. lib. 1. Menoch. conf. 98. num. 55. lib. 1. Testis enim de auditu non est verus testis, Anton. de Butr. in c. quoties. in fin. de testib. Abb. in c. licet. extra eodem. vbi dicit, testimonium de auditu, non proprie dici testimonium. Imo quod tale testimonium sit contra & præter regulam & formam iuris.*

Quod tanto magis procedit, quod deposuit, nullo nominato, à quo audiuit. Et est iuris indubitati, testem de auditu vt concludat, dicere debere, à quo audiuit. Crauet. *de antiq. temp. part. vlt. prima part. princip. Natta conf. 170 lib. 1. conf. 240. num. 1. lib. 2.*

De depositione D. W. idem est iudicium. Nam & hic in scriptis, & iniuratus, & quidem animose deposuit, magis iudicis, quam testis officio functus: In cuius depositione id maxime obseruandum est, daß er Illustrissimum be-richtert daß die Appellanten dem Rath zu R. et. was angemuret hetten / welches jnen abgeschlagen. Illa enim non solū falsissima sunt, vt præter cætera Senatus R. documentum testatur, sed etiam N. resolutioni cōtradicit. Ergo nullam fidem facit. Et quia hic W. de auditu alieno testatur, nullo nominato, à quo audiuit: Ergo illi eo minus fides habenda est, *per supra dicta.*

Et quia hi testes non vnam saltem, sed plures exceptiones inhabilitatis, tam in personis, quam dictis eorum patiuntur, plusquam manifestum est, illos nullo iure quicquam concludere contra Appellantes. Dato etiam, vt per viam inquisitionis contra eos processum esset, Socin. *sen. conf. 118. Cat. conf. 97. num. 30.* Etiam veritas alias haberi non posset, Barbat. *conf. 65. vol. 4. Mars. conf. 102. & in singul. 385. Grammaticus conf. 45. num. 23.*

Ad reliquos ex nobilitate, qui literas & supplicationem 31. Octobr. exhibitam subfignarunt, quod attinet, non refert eorum resolutione multa in medium adferre, cū hi de reali captura Notarii, Trennung des Landtags / cōuenticulis, vel in iuria nihil deposuerint.

Dixerunt quidem aliqui, quamuis pauci, vt ex resolutione der jenigen / so das Schreiben gefigelt / gesehen / daß sie die Entführung des verstrickten Notarii nicht thun helfen / led quia illud de captura non dispositiue, sed enunciatue probatum est, non probat. *Mathesil. sing.*

79. & ibi Gabr. Saren num. 6.

Wie dann auch solche depositio vmb so viel desto weniger dahin zu ziehen ist / daß Illustrissimus jhnen / was sie sagen solten / nit allein vor gehalten / sondern auch wie die von S. J. G. beschene propositio fast bey eines jeglichen Person selbig klärlich außweiset / in dem sie daselbst des Canslers vnnnd Consorten facta improbit vnd dammir vor vuzimblichs Auffruhrs vnnnd widerrechtlich angezogen vnnnd außgeschreyet / auch mit eusserster Berraung / eines Theils auch mit guten Worten zu solcher jhrer Außsage gezwungen / vnnnd inducirt / haben sich auff den klaren Buchstaben jergemeelter Propositionum gezogen.

Quare & hac ratione istam depositionem, cum ex metu præsentissimi periculi promanuerit, nihil probare in confesso est, notat Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de Teste. §. 1. Ioan. Faber in l. vers. 2. an subiecti. C. de testib.*

Et hoc præsertim in nostro casu, quo dominus est talis, qui solet vim inferre repugnātibus voluntati suæ: late Rom. *com. concl. lib. 1. de testib. num. 19.*

Et in horum resolutione id maxime aduertendum erit, daß obwolzen bemelte vom Adel in jhren resolutionibus außgesagt / daß jhnen keine Advocaten abgewiesen / daß keine vom Adel vnerhört verstrickt: Item auch eiliche / daß per Notarius verstrickt gewesen seyn solt / vnnnd was mehr dergleichen Vnrichtigkeit darinn zu befinden. Certum est tamen, vnd ex ipsis actis notorium, daß sie dessen contrarium dabey auff sūrgehende gnugsame Deliberation / vnd solches nicht allein vnder jhren Adlichen Sigeln / vnder welchen den vom Adel ihr höchster Glaub stehet / sondern auch bey den Worten der Wahrheit / hochbeheurt haben / wie solches mehr jhr angeregt sub dato 31. Octobris, ad Illustrissimum abgangenen Supplicationsschreiben vñthätlich bezeugen thut.

Vnde certe in illa varietate depositionis, illorum primæ assertioni deliberato, sub sigillo vnd vnder den Worten der Wahrheit / emanata, plus fidei quam sequenti depositioni, als der die jhnen auß Furcht vnnnd Bedrawung abgedrungen / auch ohne Jurament bedacht / auch ohne einige Verheuerung außgesagt / attribuentum erit, per doctrinam Bart. *in l. eos. ff. ad l. Cornel. de fals.*

Et hoc tanto magis, quod dictum illorum corā Illustrissimo fuit simplex, nullo iuramento vallatum, vt ibi per eum.

Idque ad euitandum periuarum & falsitatem, quæ ex eiusmodi testimonio varietate committuntur. Bart. *in d. l. eos. Gabr. Rom. lib. 7. de malefic. concl. 31. Bursat. consil. 201. lib. 1.*

Quibus omnibus tandem accedit, quod Appellantes ad receptionem horum testimonio non sunt citati. Ergo primis inris non ambigui,

luxta notat, & communem theoreticam Bart. in l. fin. in fin. ff. de quaestione. Mar. in l. 1. num. 7. eod. tit. & conf. 2. num. 30. & conf. 39. num. 18. Viu. comm. opin. verb. testes non possunt. Iul. Clar. §. fin. quaest. 11. versicul. item quaro.

Ex quibus omnibus sequitur, nihil eorum, quæ in sententia prætenduntur, probatum esse. Et qui vero nemo pœna aliqua damnari debet, nisi confessione propria, vel legitimis testibus de delicto conuincatur, vel illud probationibus luce meridiana clarioribus iustificetur, idque siue per viam inquisitionis, vel accusationis agatur. l. qui accusare. vbi Ias. Cod. de probat. Ergo necessario infertur, Appellantes absolvendos fuisse ab actione, si qua instituta fuisset.

Sed si demus, sine præiudicio aliquid contra Appellantes probatum fuisse, tamen ex alio capite sententia iniqua reputari deberet. Nam nobilitati termini non solum ad adducendū suas contrarias probationes, sed ne quidem ad contradicendum concessi, imò etiam in hoc riguroso processu, tam quæ ad iustitiā causæ, quam quæ ad substantiam processus requiruntur, omissa sunt. Cum tamen iuris, non solum positivi, sed etiam naturalis sit, ut Reorum defensiones & iura exaudiantur, & ad ea deducenda &

probanda, adeoque ad contra dicendum termini statuatur, atque adeo, quæ cognitionē causæ respiciunt, adhibeantur, prout in hoc iudicis officium præsertim versatur, ne præcipitet iudicium, sed partes earumque iura clementer, & placidè exaudiat, priusquam iudicet aut condemnet, idque exemplo Dei, qui licet notum haberet lapsum Adæ, tamen eum inauditum condemnare noluit, sed ad se prius vocauit. c. Deus omnipotens. 2. q. 1.

Quinimo in hoc riguroso iudicio non solum hæc omnia prætermittenda sunt, sed etiam Appellantibus ne scriptorum contra se exhibit. torum, productorumque communicatio facta est. Ad Appellantium enim manus ex actis, ne minima quidem particula, præter id, quod ipsi Appellantes Principi exhibuerunt, produxeruntque, peruenit. Quare in hoc argumento concludendam esse puto, Principem ob præteritionem horum (præsupposita sententiæ validitate) ini- que iudicasse, sententiamque hoc modo latam, mediante appellatione, vt iniquam & iniustam, à iudice appellationis rescindendam esse, vt latè Vant. tract. nullit. sub rubr. de nullit. ex defect. process.

Ordin. Cuiuscumque melius sententiis iudicio
semper saluo.

F I N I S.

È c 2 INDEX

